Witchcraft
BF
1410
B42
Z55



Witchcraft
BF
1410
B42
Z55



7440B432

7 A. 5052. 20.

M. GVILIELMI HENRICI Beckher

REGIOM. PRVSSI,

SCHEDIASMA CRITICO-LITTERARIVM

DE

CONTROVERSIIS PRÆCIPVIS BALTHASARI BEKKERO

THEOLOGO BATAVO

QVONDAM MOTIS,

OB LIBRVM CVI TITVLVM FECIT:

Die bezauberte Welt.

ADIECTA IN FINE AVCTORVM FARRAGINE,

QVI VEL BEKKERI SCRIPTVM REFVTARVNT, VEL ASSECLARVM MORE ILLVD DEFENDERVNT.

REGIOMONTI AC LIPSIÆ,

IMPENSIS IOANN. PHILIPP. HASII,

ANNO O. R. CIↃ IↃCCXXII.

4 2x

CORNELL UNIVERSITY
The
President White
Library
RECEIVED 1891

~~7940 E932~~
A. 5054
BK



SVMMARIA.

§. I. *Instituti ratio.* II. *Mundus Fascinatus recensetur.* III. *Oeconomia Libri, ac Sententiæ Bekkerianæ Summa.* IV. *Causa Scriptionis Generalis.* V. *Causa specialis.* VI. VII. VIII. & IX. *Antecessores enarrantur, qui Bekkero facem prætulerunt.* X. *de Versionibus Mundi Fascinati disseritur, motusque subinde orti indicantur.* XI. XII. XIII & XIV. *Processus Senatus Amstelodamensis, Synodorum Batavicarum, Classis ac Consistoriorum cum Bekkero, describitur.* XV. *Scriptores recensentur, è quibus hæc Historia petenda est.* XVI. XVII. *Auctores isti Polemici, qui charactere Batavo illico Bekkerum refutarunt, adducuntur.* XVIII. XIX. & XX. *nummi explicantur, in gratiam Bekkeri & ad divulgandas hasce Controversias signati, deque Inscriptionibus disseritur.* XXI. XXII. *Vindiciæ Bekkeri, aliorumque, contra hunc Processum commemorantur, Scriptaque amœbea pariter enunciantur.* XXIII. *de exitu harum Controversiarum sermo fit.* XXIV. *Judicia eruditorum de Bekkero ejusque libro adferuntnr.* XXV. XXVI. & XXVII. *Scriptores qui hypotheses totumque Bekkerianum Systema refutarunt, vel Scripturæ Sacræ quadam Oracula, vel intricatam hanc materiam contra ipsum vindicarunt, recensentur.* XXVIII. XXIX. *Assectæ, sive qui Bekkeri doctrinam imbiberunt, adducuntur.* XXX. *Opella Peroratio.*

TRACTATIO.

§. I.

IN præsenti Observatione Critico-Litteraria, de BALTHASARE BEKKERO, S. Th. D. ac *Ecclesiaste Amstelodamensi*, cujus Vita

jam ex aliorum ſcriptis Benevolo Lectori nota erit, (*a*) id per tractatur potiſſimum, quod ad Theologi hujus librum ſpectat, quem *Mundum Faſcinatum* inſcripſit, quo, tanquam ſui nominis gloria, univerſam non ſolum Bataviam, ſed & exteras longeque a foederato Belgio diſſitas oras implere voluit; inquiriturque in Concertationes, quæ inter ipſum & alios Theologos ſubinde ortæ fuerunt, accurate, ea tamen quam chartæ anguſtia patitur brevitate.

II. Tot igitur motus qui excitavit, quique tot hactenus judiciis impetitus eſt Bekkeri liber, hanc nactus eſt Inſcriptionem: *De Betoverde Weereld zynde een Grondig Ondersoek van't gemeen gevoelen, aangaande de GEESTEN, derſelver Aart en Vermogen, Bewind en Bedryf: als ook't gene de Menſchen door derſelver kraght en gemeenſchap doen, in vier Boecken ondernomen van B. Beckker, S. T. D. Prædikant tot Amſterdam. t' Amſt. by Daniel van den Dalen.* 1691. 4. Cujus Tomus I. primum inque ordine ſecundum librum complectens primum Leovardiæ in Occident. Friſia 1690. in forma octava, mox Amſtelodami multo auctior & emendatior 1691. in 4. plagg. 56. exiit, II. Tomus tertium atque quartum librum ſuſtinens 1693. plagg 65. pariter in forma, quæ dicitur quarta, lucem adſpexit. Quid quævis operis hujus pars indigitet, quidque ibidem pertractetur, id cujuslibet libri Inſpectio clare atque accurate docet, ita enim Libri inſcribuntur: *Het eerſte Boek war in de Gevoelens en Gewoonten van alle Volkeren die Syt' allen tyden ontrent God en de Geeſten gehaad hebben, ende als noch zün hebbende, aangeweſen ſtaan. Tweede Boek, war in de Leere van de Geeſten, derſelver Vermogens en Werkingen, en beſonderlick des Duivels, uit de natuurlike Reden en uit de H. Schriften onderſocht word. Het derde Boek, waar in de Leere van de Geeſten, derſelver Vermogens en Werkingen, en beſonderlik des Duivels, uit de natuurlike Reden en de H. Schriften onderſocht word. En het vierde Boek, waar in t' Bewiis, dat uit d' Ervarentheid genomen word, teu gronde toe word onderſocht* &c. Quænam vero commata, librorum ſingulorum capita, eorundemque S. S. involvant explicentque, ipſa huc apponere velle, ſupervacaneum

(*a*) Vid. præ cæteris *Selecta Hiſtorico-Liter. Regiom.* T. I. *Obſ.* II. p. 18. & ſeqq. quam erudita *Lilienthalii* manus, una cum cæteris hujus Commatis Obſervationibus conſignavit.

neum omnino existimo, cum ipse liber in cujusvis manibus versetur, & ipse Bekkerus, ut eo rectius de mente sua orbi constaret, aliquot foliis totius operis Oeconomiam dederit, suamque methodum ac intentionem ibidem explicaverit, in peculiari præloquio *Libro III. Mundi Fascinati*, originali Belgico post præfationem præmisso, sub titulo: *Naakte Uitbeeldinge van den geheelen inhoud der vier Bocken, het oogmerck van den Schryver, en't beleid daar in van hem gebuickt.* Quod etiam in versione germanica loco præfationum cæterarum cujuslibet libri reperitur; (*b*) & otia mihi quoque hac in re fecerint COLLECTORES ACTORVM ERVD. LIPS. *de* A. 1692. *Jan.* p. 19-27. & A. 1694. *Jun.* p. 241-254. & quoad priores libros, *Bibliotheque Universelle & Historique de l' Année* 1691. T. XXI. *Juilet*, N. IX. a p. 122.-151. divisionem argumenta Operis Bekkeriani accurate recensentes.

III. Alamodicus ac speciosus libri titulus, quo Mundum Fascinatum librum vocat, omnem omnino orbem erroris ac præjudicii convincere, quamque indigne hactenus de Diabolo credideri, commonstrare debuit. Scilicet consopitas quodammodo eruditorum controversias de existentia ac operationibus spirituum resuscitavit, denuoque in scenam produxit nostra tempestate *Balthasar Bekkerus*, magno enim eruditionis apparatu nec minore ingenii acumine id potissimum egit, ut operationes, quas magno consensu mortalium plerique spiritibus tribuerunt, in dubium vocaret, adsereretque, spiritum ut spiritum in corpora vel spiritum sine corpore operari non posse, neque corpora pro lubitu assumere deponereque, omnia igitur, quæ de spectris sive apparitionibus spirituum, energumenis sive obsessis, sagis etiam atque magis referuntur, quicquid hoc de argumento rumor loquitur, quicquid memorent annales, ipsi figmenti nomine veniunt, fabulis inquam & insanis hominum præjudiciis, fraudibus ac sensuum erroribus adsignat, Diabolum genium infernalem a Deo statim a lapsu suo gehennæ inclusum & tenebrarum vinculis perpetuis vinctum esse statuit, proculque abs hominum negotiis amotum. Sacri Codicis

(*b*) Oeconomiam hanc in Compendio exhibet *Guil. Ern. Tenzelius*, in den Mon. Unter. 1694. *August.* a pag. 658-668.

Oracula quamplurima, quæ ſibi adverſari videt, quæque tam diſertis luculentiſſimisque verbis de his operationibus Diaboli, de Spectris, Magia præternaturali, obſeſſisque agunt, non ſolum ex perverſis ſuæ rationis concluſionibus explicat, ſed & mirum in modum inque alienum ſenſum detorquet, & quæ ſecundum literam in Sacro Codice adſumere debet, methaphorico ſenſu explicat, per Diabolos enim, quos Sacræ litteræ commemorant, homines nobis inimicos, & per Magos ac Veneficos Philoſophos arcana naturæ edoctos intelligit, Chriſtum ſe ad plebis Judaicæ falſam opinionem accommodaſſe putat, ſimulaſſeque ac ſi Dæmonem ex obſeſſis fugaret, cum morbos pepulerit. Verbo: in id præcipue omnes ingenii ſui vires intendit, ut quod totum pene hominum genus circa Dæmones pleno receperat conſenſu, contra Sacri Codicis quamplurima Oracula, & omnem etiam rationem impugnaret, fabulisque adſcriberet, quæ ex Gentiliſmo hujusque Sacerdotibus ad Judaiſmum atque Chriſtianiſmum derivatæ ſunt, & per Papiſmum ad nos translatæ traductæque. (*c*) Equidem in Vett. Sadducæorum numerum directe Bekkerum referri non video, de quibus Sacræ N. T. paginæ teſtantur, quod nec Reſurrectionem, nec Angelum nec Spiritum crediderint, *Act. Apoſt.* XXIII. 8. Cum interim, licet Dæmones exiſtere palam non negaverit, (*d*) omnem tamen cauſam ita inſtituerit, ut negata Oraculorum Apparitionum & Obſeſſionum Hiſtoria fideque, cum tamen inde potiſſimum eruditi exiſtentiam Spirituum ex L. N. probent, vacillantem primum lectorem reddat, & deinceps ad negandos ipſos Diabolos, ſubdole alliciat, Adæmoniſtarum catalogo inſcribi ſolet. (*e*)

IV. Præ-

(*c*) Vid. qui breviter hæc animi Bekkeriani ſenſa e *Mundo Faſc.* excerpſerunt, *Andr. Carolus* in *Memorab. Eccl. Sec.* XVII. *Dec. ult. p.* 642. *&* ſq. conf. *p.* 649. & *Jo. Wolfg. Jæger* in *Hiſt. Eccl. Sec.* XVII. *cum Parall. Profan.* T. II. *Dec.* X. L. I. c. 9. p. 89. eadem iisdem verbis adferens, nec non **die Unſch. Nachr.** *de A.* 1702. p. 105. & ſq. quæ Bekkeri non ſolum Principia hypotheſesque referunt, ſed & perverſas, quæ exinde fluunt doctrinas eliciunt. (*d*) Maxime potius ob id proteſtatur, in *Præf. ad* L. II. **der B. W.** ** 2. *fac.* 1. (*e*) Veram ejus ſententiam fuiſſe, nullos prorſus dari Diabolos, ex relatione Amici cujusdam, qui Bek-

IV. Præter præjudicium istud, ac si doctrina de Dæmonum operationibus Manichæorum veterum errori patrocinetur, qui duo rerum omnium coæterna, parique omnipotentia prædita principia, alterum bonum, alterum malum statuere, quod Bekkerus ipse modo præjudiciis præoccupatus, causatur, πρῶτον ψεῦδος systematis ipsius ratioque, cui tanquam basi hæc sententia innititur, latere videtur in voce SPIRITVS, estque præconcepta opinio, quod spiritus, cujus essentia juxta *Cartesium* in cogitatione consistat, non possit in corpus vel materiam agere, (*f*) cum nemo facile hoc concipere possit, quo pacto creatura res mere cogitans, sola cogitatione aut movere corpus, aut cogitationes in alia substantia excitare queat. Immo vel ex scriptione sui libri omnem Diabolo vim abjudicari debere autumat Bekkerum, si vera sint, quæ de ipso hac in parte referuntur. Narrant enim Bekkerum uno tempore plus una vice in conversatione dixisse, se per totam hyemen navasse operam, ut potentiam, quæ vulgo Diabolo adscribi solet, ipsi abjudicaret, firmiter itaque persuasum esse, si Dæmon ille vi aliqua polleret, nec perpetuis carceribus in orco allegatus esset, quod utique inter scribendum ipsum turbasset, neque permisisset, ut ea scriberentur; quod cum non factum sit, colligere potuisse, eam quam Diabolo tribuere solemus potentiam, nudam Chimæram, inque nuda Phantasia ponendam esse. (*g*) Quamuis Adversarii Bekkeri concludere potuerint: Diabolum quoniam ad suum commodum multum interesse videat, citiusque homines illaqueare queat, si quando ipsum non metuant, neque circumspecte vivant, Pnevmatici hujus Archimedis circulos turbare noluisse, sed hoc in votis potius habere, ut Bekkeriano Mundo Fascinato, homines fascinentur, inque nimiam securitatem dilabantur.

V. Ecquid

---

kero conjunctissimus erat, refert Henr. Ludolff *Benthem*, im Holl. Kirchen- und Schulen-*Staat*. P. II. c. 2. §. 58. p. 113. & quod tacite hanc defenderit hypothesin, neque posse ex Naturæ Lumine Dæmonis existentiam probari, neque debere in mundo Diabolum existere: *Jo. Græningius* in der Hist. der *Relig.* Hamb. 1702. *in* 12. *p.* 173. (*f*) diserte hoc expresseque docet *Lib.* II. der B. W. c. VI. §. 11. (*g*) Vid. *Petr. Bayle Continuat. des Pensées diverses, à l' occasion de la Comete* &c. T. II. *sive* §. CXXXVI. *p.* 678.

V. Ecquid vero Bekkerum excitavit commovitque, ut hunc librum *Mundum Fascinatum* ederet? Ipse se ad edendum illum a communi illa sententia de magna Diaboli notitia potentia ac operatione motum esse adserit, quippe quæ fundamenta doctrinæ de salute nostra incerta reddat, pietatemque multis in rebus impediat, quare se de hujus sententiæ veritate dubitare, ejusdemque originem investigare coepisse. (*h*) Cæterum abusum fraudesque energumenorum ac obsessorum &c. Bekkero ad publicandam suam Sententiam occasionem speciemque aliquam dedisse planum est. Retulit mihi Fautor quidam atque amicus æstumatissimus, e relationibus JAC. RHENFERDII, *O. O. Lingu. ac Phil. Sacr. Prof. Franck.* quondam Celeb. qui unus ex Bekkerianæ Scenæ concertationumque Frisicarum & actoribus & ex parte spectatoribus fuit, Bekkerum, cum *Franeckeræ* a Filio *Nicolai Blancardi*, Medici cujusdam in nominata Academia Franeckerana celebris, qui se Dæmoniacum esse simulabat, aliquamdiu imponi sibi passus fuisset, adeo ut ab ipso & a collega preces publice pro illo nebulone funderentur, fraudis aliquid suspicatum, ad accuratius rei examen perveniisse, fraudem detexisse: & quod de multis aliis dubitare cœperit, variasque superstitiones vulgi aperuerit; pariter cum a dicto *Blancardo* sibi ita illusum vidisset, & tot aliis quotidie illudi videret, in illorum gratiam hunc librum scripserit, publicaveritque. (*i*) Ipse noster Bekkerus occasionem adhuc specialiorem scriptionis Mundi sui Fascinati in *Præfat. Parti I. Belgicæ Edit.* præmissa (*k*) recitat, nimirum, cum *Prophetam Danielem* e sugestu explicaret, ejusque *Cap.* II. v. 11, ubi dicitur, quod Magi Chaldaici Regis Nebucadnezaris somnium explicare non potuerint, hanc opinionem ipsi in mentem veniisse sumpsisseque occasionem ulterius in vulgarem de operationibus Dæmonum, pactorumque Magicorum sententiam inquirendi: inquisivit etiam, publicæque pro concione sacra hac de re verba fecit, textum pertractando ex *Exod.* VIII. 18. per causas, quare

(*h*) Vid. *Naakte Uitbeeldinge* sive *Præfat. general. p.* 2. (*i*) Late eadem, ni fallor, narratur Historia ab ipso Bekkero L. IV. der B. W. c. 9. suppresso licet *Blancardi* nomine. (*k*) lege *het Vorrede op't geheele Werck en byzonderlick het eerste Bock, p.* 1-3. &. *cap.* 30. L. IV. der B. W. §. 1.

quare Magi Ægyptiaci non potuerint pediculos proferre, æque ac baculus Mosis, & æque ac ranas antea serpentesque produxerint. Finita concione, porro narrat, Nobilem quendam e *Bellingweer* oriundum, nominis *Tamminga*, pium eruditumque virum huic tractationi applaudisse, petiisseque, ut una cum aliis quæ paris essent commatis imprimi hanc concionem pateretur; quod quidem non recusasset, distulisset tamen ad certum opportunumque tempus: interim aliis in locis eque aliis Pericopis A. 1689. occasione præcipue Mulieris Endoreæ Diabolique Jobæi, se eandem materiam pertractasse scribit, inquisivisse tandem alia vice in vocem φαρμακείαν *Gal.* v. 20. obviam, singulasque observationes prælo destinasse. Accidisse autem, ut cum e Frisia per Franeckeram, *Lœnam* pagum Hollandiæ ut Ecclesiastes vocatus proficisceretur, Amstelodamensis typographus H. *Nauta* ipsum rogaret, quicquid in posterum sit editurus suo prælo subjiceret, ipse Bekkerus suam de operationibus Dæmonum materiam, libello suo, quem *Leovardiæ* A. 1683. ederat, scil. *Ondersock over de Kometen*, adjicere iterumque imprimi voluerit hoc rubro: *Onderſock over't ſtuk der Tovery en Spokery.* Factum interea, ut A. 1689. in Anglia, scriptum hujus Tituli belgici lucem adspiceret: *Ver haal van ontdekte Tovery*, quod illico in Concionibus signanter notavit, eo, quod homines seducere crediderit, ediditque etiam illam schedam cum observationibus ac notis criticis sub Titulo: *Engeliſh Verhaal van ontdekte Tovery, wederleid door B. Bekker, t' Amſt.* 1689. 4. (*l*) Secundam interim libri *de Cometis* editionem, quam *Amſt* 1692. exire fecit, aliquanto auctiorem reddidit, nihil tamen suæ sententiæ de operationibus Dæmonum ingessit. Dum interea hæc collectanea in dies crescere videret, ad prelum ea properare fecit, utque absolverent librum hunc, in cujus Scriptionis causas & oeconomiam modo inquisivi. (*m*)

(*l*) Quod m. reperitur L. IV. der B. W. c. 30. (*m*) vocat inde Mundum suum Fascinatum statim in §. 1. *cap. ac Libri* I. opus diu promissum, sed longe diutius adhuc præmeditatum, & nunc tandem accuratiori lima ad maturitatem productum. Immo per XXV. annos peculiarem hanc de Diabolo sententiam secum ponderasse, antequam eam scripto aliquo erudito orbi publicaret, vulgo refertur, id quod & exinde

VI. Non tamen primus Bekkerus fuit, qui hanc excogitavit ſententiam, ſed partim ex *Reginaldo Scoto*, *Orchardo*, *Daillon*, partim ex *Naudæo*, *van Dale* ac *Malebranche*, quæ in Mundo Faſcinato docuit, imbibit, eratque iſte pictor, qui, quam hic illeve Appelles inchoatam reliquerat, perverſæ Pnevmatologiæ partem, uberius delineare voluit, abſolvereque. (*n*) Initio GABRIEL NAVDAEVS, celebr. nonnullorum *Cardinalium*, *mox Sueciæ Reginæ Bibliothecarius*, in libro, cui Titulum fecit: *Apologie pour les grands hommes ſoupconnez de la Magie*, cujus ultima editio *Amſtel.* 1712. *in* 8. exiit; prior vero jam longe ante auctoris mortem, quæ A. 1653. ſecuta eſt, adſpexit lucem, eſtque cura JO. REICHII *Hall.* 1703. 4. in Germanicam Linguam translata. Auctor potiſſimum ut fidem *Bodini & Remigii* elevet, & *Sylveſtrum II. Agrippam* aliosque certe pro Magis creditos excuſet, enititur, dum interim & alios, quos Magiæ juſtæ accuſatos ſuſpectosque eſſe ſcimus, defendit, Apologeticumque agit: omnem plane tollere Magiam Diabolicam videtur, multaque ad oppugnandam ſententiam communem ac ſtabiliendam falſam, argumenta ſuppeditare. NICOLAVS MALEBRANCHE, *Presbyter Congregationis Oratorii Pariſienſis*, Philoſophus alias ſui ævi incomparabilis, in Scripto, cujus Titulus: *La Recherche de la Verité*, cujus prima editio jam A. 1674. ultima vero *Paris.* 1712. *in* 12. adſpexit lucem,

---

corroboratur, quod hanc de operationibus Diaboli ſententiam in ſeceſſu pagano, in Friſiæ Occidentalis pago *Oſterlitten*, cujus ſacro cœtui A. 1655. jam præfuit, concepiſſe dicatur. (*n*) allegare quoque deberem *Dav. Georgium*, *Hobbeſium* ac *Spinozam*, maxime cum *Melch. Leydekker en de Goddelykheid en waarheid der H. Schriften* &c. *cap.* XIII. p. 197. & ſq. hos tres Impoſtores, ut Anteceſſores Bekkeri vindicer; cum interim Bekkerus in *Nodige Bedenkingen &c.* p. 7. obteſtetur, ſe dum exararet librum ſuum, *Hobbeſium* vel *Spinozam*, neque evolviſſe, neque de *Dav. Ioris* ſcriptis literam adſpexiſſe unquam, ſtudio illos ego etiam omitto: longe plures alios ex Vett. adferre deberem, qui in hoc vel illo capite, vel de Spectris, vel de Magia cum Bekkero conveniunt, quos longa ſerie diligenterque collectos recenſet *Carol. Frid. Romanus*, in *Sched. Polem. an dentur Spectra, Magi, Saga ac Lamiæ*, p. 45. & ſq. add. de Dæmonologia *Hobbeſii* ac *Spinozæ Falckii Dæmonol. Rec. aut. falſa Diſſ.* 3 p. 13.

cem, (*o*) *cap.* II. præcipue, in quo de imaginatione & qui ex ea fluunt erroribus pluribus agit, in eorum ſententiam, qui imaginationi Magicas Hiſtorias adſcribunt, propendit, inque modum inquirit, quo quis imaginando ſe ſagam eſſe, aut proficiſci ad Sabbathum, aut aliam formam induere exiſtimat. ANTONIVS *van* DALE, *Medicus ac Antiquarius Batavus*, in Diſſertt. variis ſcil. *de Oraculis Vett. Ethnicorum*, de *Origine ac Progreſſu Idololatriæ & Superſtitionum*, de *vera ac falſa Prophetia*, & de *Divinationibus Idololatricis Judæorum*, multos Diaboli effectus ut errores pronunciat, eaque paſſim docet, quæ Bekkerus adſerit; in priori tractatu præcipue Bekkerianis erroribus anſam dediſſe, nullus dubito, in hoc enim, ut elideretur argumentum, quod pro adſtruendis Satanæ operationibus ab oraculis vett. Ethnicorum peti ſolet, ea meris ſacerdotum fraudibus ac præſtigiis tribuenda cenſuit, Dæmonum operationibus nullum prorſus locum relinquens. *p*)

VII. REGINALDVM SCOTVM nobilem *Anglum* ipſe Bekkerus ut anteceſſorem ſuum laudat L. III. der B. W. c. IX. Is autem A. 1665. idiomate Anglicano librum edidit ſub Titulo: *Discovery of Witch craft*, ſive *Detectionem artis Magicæ*, in belgicum idioma quoque ſtudio *Thomæ* BASSONIS translatum, & *Beverovici* A.

ſq. (*o*) habemus etiam Lat. verſionem a *Mr. L'Enfant* editam, & varia ſcripta amoebea ob librum hunc ab auctore ejus atque *Antoine Arnaud* edita, quæ recenſet Gottl. Stolle, in der Hiſt. der Gelarth. T. II. p. 144. (*p*) hujus veſtigia ex parte preſſit *Mr. de Fontenelle* in *Hiſtoire des Oracles*, quod inſtitutum tamen minime probavit *van Dalen*, nec non *Auctor* der Häll. außerl. Anmerck. T. V. N. VIII. p. 99. omnes oraculorum prædictiones pro meris itidem impoſturis habens. Attamen multas quidem Sacerdotum interceſſiſſe fraudes ac impoſturas fatendum eſt, quædam tamen immo potiora ad Dæmonem omnino referenda eſſe, idque ex eo, quod & de futuris divinata fuerint Oracula pariter pronunciandum, prouti hoc contra *van Dale* ac *Fontenelle* pluribus oſtenderunt *Ieſuita Baltus*, *Auctor des Remarques* &c. ap. *Cleric, in Bibl. Chois.* T. III. p. 180. *Geo. Moebius*, *Steph. Morinus*, aliique, de quibus vid. *Buddeum de Atheiſm. & Superſtit.* c. III. p. 287. ut & in *Hiſt. Eccl. V. T.* T. I. p. 180. & ſeqq.

1680. denuo excusum. Sex ille libris omnem Magiam oppugnavit, idque egit, ut veneficia, magiam ac incantationes, meras hominum perversorum fallacias ac artes non intervenientibus Diabolorum machinis, existere probaret, quare scriptum hoc auctoritate publica in Anglia combustum est. Didicit hasce hypotheses porro ab ORCHARDO, *Reformato in nova Anglia Ecclesiaste*; Anglico ille idiomate A. 1676. tractatum de *doctrina Diabolorum* edidit, quod horum ultimorum temporum maxima defectio sit demonstrata, qui in Belgicum a *Wilh.* SEWEL translatus est sub Tit. *de Leeringe der Duyvelen, beweezen te zyn de groote Afval deezer laatste tyden* &c. *t' Amst.* 1691 4. (*q*) Penitus sententiæ suæ declaratione ad Bekkerianas hypotheses accedit, in Præfat. enim operis sui se in eo totum esse affirmat, ut Diaboli operationes in limites cogat, secus atque homines existiment, & in ipso opere e. g. δαιμόνιον non Diabolum, sed vesaniam ac corruptionem mentis denotare autumat, Diabolum vel obsidere homines, vel illorum corpora pervadere & hac illucve propellere non posse, Salvatorem nostrum itaque non ejicisse Dæmones, sed vel mente captos, vel qualibuscunque morbis afflictos in sanitatem pristinam restituisse, totus adserit. Præ omnibus istis tamen, quos jam recensui, Bekkero egregie placuit DE DAILLON, *Castro-Eraldensis Ecclesiæ in Xantonensi Gallorum Provincia antea Minister*, postmodum autem Religionis ergo inter *Londinenses* exul, ut qui sæpius in Mundo Fascinato a Bekkero allegatur laudaturque. Hic *Daillonius* autem in libro Gallico pro Religione sua Apologetico, cui Titulum fecit: *Examen de l' oppression des Reformez, en France, ou l' on justifie l' Innocence de leu Religion Amst.* 1687. 12. (*r*) eadem qua deinde Bekkerus oberrare chorda, ipsique præluisi-

(*q*) in libro: *het Missive an D. B. Bekker in't korte ontdekkende de Gronden van syn Misgrepen, begaen in sijn drie Tractaten, de Betooverde Weereld, over den Prophete Daniel, en van de Cometen, Gravenh.* 1692. exc. ostenditur in Præf. ex *Orchardi* memorato scripto Bekkerum hanc opinionem hausisse. (*r*) extat m. *Omstandig Bewys, dat de Dæmones overgeset Duyvelen, geen quade Geesten, maar Zielen van Menschen geweest zyn.* &c. *als ock dattet mar eene Duyvel of Satanis*, ex Scriptis *Daillonii* excerpta, cujus Sententia hic breviter proponitur ac probatur, ostendi-

prælusisse deprehenditur, primus enim paradoxæ explicationis Auctor est, qua in *Epist. Judæ* v. 6. per Angelos intelligi dicuntur Principes tribuum, ad Terram Canaan explorandam a Mose missos, quos putat deseruisse sua domicilia, quando sua diffidentia timiditateque effecerunt, ut puniti a Deo ab habitatione Terræ Canaan Regionis, quam exploraverant, arcerentur, quæ ipsis ex hujus promissione futura fuisset propriaque, quam explicationem ipse Bekker refert, cumque aliis Sacrarum Litterarum commatibus conciliare studet, L. II. der B. W. c. 9. §. 3. (s)

VIII. Par nobile fratrum in proscenium nunc adfero, ubi in errrorum Bekkerianorum incunabula ulterius inquiro, scil. *Waagstaffium* atque *Websterum* utrumque Anglum, qui Bekkero in quibusdam in materia præcipue circa sagas facem prætulere. Prior quippe JO. WAGSTAFF olim libellum edidit, cui Titulus: *The Question of Witch craft debated*, qui nupere præmissa dedicat. ad Illustr. *Thomasium* germanice versus & publicatus est, hancque nactus inscriptionem: Gründlich ausgeführte *Materie* von der Hexerey, oder die Meynung dererjenigen so da glauben daß es Hexen gebe, deutlich wiederleget, und mit vernünfftigen Anmerckungen erläutert. Halle 1711. 8. per totum schediasma non dari Sagas atque Lamias adstruitur, contrariaque Sententia refellitur. De altero nimirum JO. WEBSTER pauca hæc sunt observanda. Cum A. 1661. *Tedvvorthi* in Anglia Spectrum appareret, quod importuna tympanorum invisibilium pulsatione, ac variis ludibriis *Mompessonianas* ædes valde infestabat, & inter alios etiam Theologus quidam Nomine JOSEPHVS GLANWILL *Capellanus Regius* mox *aulicus Ecclesiastes* ac *Regiæ Societ. Anglic. Socius* hoc animadverteret, ut Sadducæismo tum in Anglia multorum animos occupanti iret obviam, historiam illius spectri edidit sub Tit. *The Dæmon of Tedvvorth*, additis *Considerations about Witheraft*,

turque Bekkerum hæc non solum docuisse, *Gravenh.* 1692. 4 & *Melch. Leydekker Histor. en Theol. Redeneringe in Bekkeri Mund. Fasc.* adjecta est Epistola *Daillonii vvegen syn gevoelen van de Eenheit des Duyvels t' Utregt*, 1692. 4. (s) & *Orchardus* & *Daillon* una cum Bekkero refutantur a *Petro Hamer*, in Scriptis infra §. 16. nominandis.

hunc sibi postea oppugnandum sumpsit alius Anglus atque Medicus, *Jo. Webster*, edito tractatu: *Display of supposed vvitch craft*, quo & Dæmonem illum *Mompessoni* & *Glanvilii* fraudibus confictum, & sagarum atque Dæmonum commercia falso mutuo jactari, nec nisi in Melancholicorum aut impostorum cerebris nata, conatus est evincere. Quare *Josephus Glanvilius* justo opere *VVebsterum* refutare aggressus est, cum autem immortuus ei esset, alii revisum tamen illud edidere sub tit. *Sadducismus triumphatus, or full and plain evidence concerning vvithes and Apparitions by Joseph Glanvil late Chaplain in ordinary te his Majesty, and Fellovv of the Royal Society, Lond.* 1681. 8. (*t*) Ex Anglicano etiam sermone in germanicum minus accurate tamen versus est iste liber, eandemque inscriptionem nactus, scil. *Joseph* Glanvills *Sadducismus triumphatus*, oder vollkommener und klarer Beweiß von Hexen und Gespenstern, oder Geister-Erscheinungen ꝛc. *Hamb.* 1701. 8. *VVebsteri* librum pariter ex Anglic. in vernaculam nostram transferri curavit Dn. *Thomasius* præmissa erudita præfatione instar Isagoges Historico-criticæ in hanc materiam (*u*) sub Titulo: *Jo.* Webſters Untersuchung der vermeinten und so genandten Hexereyen ꝛc. Halle, 1719. 4.

IX. Observavi in §. 4. Bekkerum fundamenti loco RENATI DES CARTES Principia jeciſſe, atque suppoſuiſſe, Spiritum, qui non operatur nisi cogitando sola cogitatione in nullum corpus & nullam materiam prorsus operari posse, Deum saltem proximam causam atque immediatam motus in corporibus obvii existere. Nullum inde dubium, quin Bekkero etiam Carteſius facem prætulerit, hancque de operationibus Dæmonum sententiam ingesserit confirmaveritque. Id quod & pluribus JAC. KOELMAN confirmat in libro: *het Vergift van de Carteſiaanſche Philoſophie outdekt en opgeſtelt &c.* ostendens potisſimum Bekkerum sua dogmata ex Philosophia Carteſiana hausiſſe, totumque Carteſianum esse, huncque Philosophum suis dogmatibus fundamentum

(*t*) qui recenſetur examinaturque in *Act. Erudit. Lipſ.* 1683. *Auguſt.* p. 317. ſſ. cum *Glanvilio* a. diſputat *Bekkerus L.* III. der B. W. c. 2. & ſſ. (*u*) de qua Præfat. infra in §. 28. plura dicam.

tum Atheismi dediſſe, contemptionisque Scripturæ Sacræ ac totius Theologiæ. Confirmat & hoc ipſius Bekkeri libellus exiguus, quem ſub tit. *de Philoſophia Carteſiana admonitio candida & ſincera, Veſaliæ* A. 1668. 12. proſtare fecit, ubi *pag.* 99. & ſſ. Carteſii ſententiam de Eſſentia animæ humanæ in ſola cogitatione conſiſtente multis laudibus evehit utque optimam ſententiam pronunciat. Oſtenderunt interim fuſe JO. AALSTIUS & PAULUS STEENVVINCKEL, Miniſtri Evangelii in *Hoornar & Schelluynen*, in *Præf.* libri infra nominandi, cujus Tit. eſt: *Zeedinge Anmerckingen &c.* Carteſii Sententiam ab opinione Bekkeri toto cœlo diſcrepare, Bekkerumque non alia de cauſa in errores, quos fovet, prolapſum eſſe, quam quia Carteſii dogmata circa naturam & operationes Spirituum deſeruerit, nec inter Extenſionem cogitationemque tam accurate prout opus fuiſſet, diſtingvere didicerit, communem porro hoc tempore accuſationem eſſe conqueruntur, quæ omnes errores omnia denique abſurda Carteſio, ejusque Philoſophiæ tribuat, ſeque ut egregium hunc Piloſophum ab hac imputatione liberarent, modeſtas ſuas circa Mundum Faſcinatum annotationes in chartam conjeciſſe. Reſpondet autem ad hæc Bekkerus, mentemque ſuam circa hoc Carteſii placitum explicat, in *Præfat. generali ac delin. operis ſui, Libro III. belgic.* præmiſſa, p. 12. & 13.

X. Sed ad librum Bekkeri, *Mundum Faſcinatum* redeo; ſimul ac publice exponeretur iſte liber, omnium non tantum Belgarum oculos in ſe convertit, ſed ſui ſtatim etiam famam per circumjacentes terras extulit, inque omnium ore & ſermone eſſe cœpit, quilibet flagrabat deſiderio illum legendi, liber undique circumferebatur legebaturque, antequam ultimam ei Auctor impoſuiſſet manum, tamque avide coemebatur, ut duorum menſium ſpatio quatuor millia exemplarium venderentur, diſtraherenturque, nec in illo loco, in quo Auctor vivebat amplius ſupereſſet, & paſſim in Gallicam, Italicam, Hiſpanicam ac Germanicam lingvam verteretur, breviſſimoque temporis ſpatio totam ferme Europam pervolaret, maxime, cum duo libri poſteriores, quos ob ſpem reſtitutionis ad ſacrum munus ſuppreſſerat, edereque noluerat, nihilominus ederentur poſtmodum

ad-

adderenturque. In Germanicum idioma translatus prodiit *Amstel.* A. 1693. 4. apud *Danielem van Dalen.* In Lingvam Gallicam conversus pariter *Amst.* A. 1694. 12. IV. *Voll. ap. Petrum Rotterdamum* exiit, quæ Versio manu Auctoris per singulos librorum dedicationes notata est, quamque omnibus Versionibus palmam præripere optimamque existere eruditi voluerunt; & ante annos aliquot filium Bekkeri in vertendo scripto hoc in Linguam Latinam laborasse ex ore peregrinantium refert *Tenzelius* in den Mon. Untert. 1694. p. 658. Observavi jam supra in § 2. idioma belgicum Mundi Fascinati bis exiisse, causa hujus rei est, quod Bekkerus in altera editione multa ex priori expurgare voluerit, irrisiones præcipue & Sarcasmos, multaque mutare, quæ securius ante scripta fuerant, quare & opus sibi surreptum esse adserit, nec debita examinatum cura prodiisse, testatur enim *in den Nodigen Bedenkingen* p. 1. 2. se cum liber lucem adspiceret, dubiaque ipsi statim moverentur, singula exemplaria pro numerata pecunia a Typographo coemere & vel mutare voluisse, vel supprimere, Bibliopolam autem hoc ipsi denegasse, & prima vice 750. exemplaria editionis Leovardiensis vendidisse; quanquam litem ei idcirco movit, & nihil in edendo volumine præter Bekkeri consensum tentatum fuisse docuit Typographus Leovardiensis in *Præfat.* Tractatui præmissa, cui titulus: *de Betoverde Bekker &c.* Mutavit quidem Bekkerus quam plurima, ita tamen, ut prioris libri qui Leovardiensis erat, sententiam, servatam integram observationibus auctam clariusque expositam Auctor in *Præfat.* ejus ingenue fateatur, ne autem quæpiam in recudendis exemplaribus ipsi invito obtruderentur, vel alius typographus opus hoc Polycleticum sibi suoque praelo attribueret, Bekkerus noster non aliam, præter eam, quam *Daniel van den Dalen*, Amstelodamensis typographus suis litteris excusserat, agnoscere voluit, id quod in limine orbis sui fascinati cujuslibet libri, subscriptione nominis, manu sua facta, Lectori significare voluit, corroborareque.

XI. Magni autem motus subinde oriebantur, ut solent fere semper nova & a communi hominum sensu valde aliena motibus variis, concertationibusque occasionem suppeditare, adeo

deo ut impleretur istud, quod Vir quidam doctus, qui alias a partibus Bekkeri stetit, illico, cum librum legeret prædixerat: *dit boek sal in een paer Maenden meer quaeds gedaen hebben, als al de Predikanten in tivintigh Jaren met al haer Prediken sullen konnen verbeteren.* (vv) Cumque monstri aliquid alere videretur Bekkeri liber, Confratres ipsius Symmistæque Amstelodamenses, ut nunquam lucem adspexisset optabant, quidam plane ut liber iste per carnificis manum combureretur, postulabant. Publica interim Collegia apud Batavos, quibus Sacrorum demandata erat cura, pluribus in hujus rei causas inquirebant. Multum initio cum Bekkero *Senatus Ecclesiasticus Amstelodamensis* egit, ut ad meliorem mentem revocare Virum possent, impedireque, ne nova sua ac falsa doctrina plures seduceret, quamobrem mandavit ille Major Ecclesiasticus Senatus, ut tres Sacerdotes D. JO. FISCHER, D. PETR. SCHAACK & ALBERT. WESTERHOFFIUS, nec non duo Seniores JO. de HORN & D. HVBERTVS KRIEGK argumentum libri recenserent. D. SCHAACKIVS tria potissimum Bekkero commonstrabat puncta: I. quam blaspheme loquatur de Ecclesia, quamque perverse Sacrarum Litterarum loca explicet; II. quam inconsiderate scribat de natura operationibusque Spirituum; III. quam temerarie Confessionem publicam transgrediatur, cui ipse tamen æque ac alii divini Verbi Ministri subscripserit; cum autem conquereretur Bekkerus, ipsos dubia fide libri Summam retulisse, ipse mandatum accepit, ut Synopsin quandam elaboraret, quod cum peractum esset, Synedrium Ecclesiasticum cunctis suffragiis librum condemnavit, ægerrimeque tulit, quod sine censura illum emisisset, se enim sine Superiorum approbatione nullam Scriptionem prelo debuisse subjicere. Bekkerus contra ad Synodum Edamensem, quæ brevi imminebat, & ad sui Doctoratus Privilegia provocabat, Doctoribus enim concessum esse adserebat, absque censura prelo quæpiam subjicere, quoniam Examen ante censuram superatum abunde demonstrasset, quod non minus docti sint, quam

(vv) referente *Sim. de Vries, Ultraj. in Præf.* libri: *de Satan in zyn Wesen* &c.

Orthodoxi. Provocabat quidem in ſpecie ad Synodum, juxta Artic. 30. Corporis Doctr. Eccl quamvis fruſtra, cum malam in partem Privilegia iſta uſurpaverit. XIII. præcipue Articuli d. 23. Aug. 1691. Bekkero proponebantur, utque illos adſumeret ſubſcriberetque exigebatur, ni intra VI. hebdomadum ſpatium ab Officio ſuſpendi velit, immo plane removeri. Diu inſuper Synodus cum Bekkero colloquium protraxit, ſed infectis rebus diſcedens omnem rem majori Eccleſiaſtico Senatui ſive Claſſi commiſit.

XII. Mox *Synodus Edamenſis* habebatur, concludebaturque ſtatim articulos primarios ante omnia pertractari & poſtmodum Bekkerum una cum Deputatis quibusdam e Senatu Eccleſiaſtico adſciſci debere, quare 7. Aug. die nuncius Amſtelodamum mittebatur, qui Bekkerum & quosdam e Senatu invitaret. Præſidis dignitatem adminiſtrabat D. HENRICVS van OLPHEN, Alckmarienſis Symmiſta, Adſeſſores erant JACOB. TRIGLANDIVS Profeſſor, D. PETRVS JACOBI Enghuſanus, D. JO. CLAPMVTHS Edamenſis, D. HERO SIBERSMA Amſtelodamenſis, D. JO. RVLICIVS Harlemenſis, Symmiſtæ, JACOB BRASCHIVS Conſul, Commiſſarius quidam de HALEWIN & JO. HVSINGA ab Epiſtolis. Poſtquam Synodus auſpicium ceperat, ac præliminaria quædam in cauſa Bekkeriana pertractata fuerant, die 9. Aug. decernebatur, Bekkerum ob librum ſuum, ejusdemque excerpta Summaria examinandum eſſe, quare hæc VII. ipſi prælegebantur gravamina. I. Hanc ſuam de vi ac operationibus Dæmonum ſententiam in genere æque ac in ſpecie de Dæmonibus a Confeſſione publica abire, quam tamen una cum cæteris omnibus Doctoribus Eccleſiæ Reformatæ accepiſſet, ſeque Articulum XII. Synodi Dordracenæ, in quem juraſſet, violaſſe. II. hypotheſin ſuam haberi non ut aliam primi mali cauſam niſi exemplarem; III. ſe ad ſalvandam ſuam hypotheſin multa Sacri Codicis oracula detorquere, vixque inde blasphemiæ maculam a ſe abſtergere poſſe; IV. gravamen in Bekkeri erroneas locutiones de Reformatæ Eccleſiæ doctrina Spirituum, in Originem ſuæ ſententiæ, quam Gentilium fabulis adſcribebat, inque Manichæiſmum quem declinabat, pluribus inquirebat; V. quod Verſionem Bibliorum belgicam vulgo: Die Holländiſche *Staaten*-Bibel erroris arguat, quæ Synodi decreto tamen

men confirmata esset. VI. quod explicationem Ecclesiæ variorum Sacræ Scripturæ locorum illuderet, VII. tandem gravamen ad Bekkeri explicationem nonnullorum verborum, quæ alia quædam Bibliorum loca paraphrasi illustrarant, jure postulabat exigebatque. Bekkerus a TRIGLANDIO, JACOBI ac HVISINGA ob id interrogatus, vel plane nihil, vel perfunctorie ac frigide regessit, responditque in genere, se minime Sacramento teneri ad omnia verba Confessionis Symbolicorumque Scriptorum ut & Versionis Bibliorum coecu impetu amplectenda, sed potiora approbasse, nec se ad singulas extensiones vel dicendi formulas, sed ad principales articulos saltem obligatum esse, quos ex Catechismo citra respectum ad ejus explicationem argumentaque explicandos esse pariter pronunciabat. Synodo hæc non arridebant, quare Bekkeri hactenus editi tractatus, licet Generalium Hollandiæ statuum consensu typis fuerint descripti, rejiciebat, & ad Fiscum publicum pertinere judicabat, cæterorumque librorum impressionem ipsi interdicebat, nisi publica Amstelodamensis classis approbatione fuerint muniti, in Privilegiis enim, quæ in Belgio libris præfiguntur, expresse caveri solere: ex eo Privilegio nullam auctoritatem vel approbationem libro accrescere debere. Cæterum ut errores revocaret, ni sacram suam functionem amittere velit, ipsi iterum injungebatur. Bekkerus autem copiam decreti Synodalis postulans secessit, & contra hanc Synodum, ad quam quidem sub initium provocaverat, ob certas tamen causas Appellationem hanc non prosecutus fuerat, velut Judicem nullius in se potestatis publico Scripto locutus est.

XIII. Primo Octobris die ejusdem anni, *classis Amstelodamensis* cum quatuor deputatis Synodi congregata fuit, decrevitque, ut Synodi XIII. articuli Bekkero proponerentur, exigereturque ut plenam absolutamque responsionem daret, cujus loco interim Bekkerus peculiare scriptum exhibebat, quod hos articulos declinabat, quare JO. FISCHERO, PETRO SCHAAK, CONRADO SCHONHOOVEN & JO. LEYENDEKKER præcipiebatur, ut errores viri hujus scripto consignarent, quod etiam fecerunt. Quoniam vero pertinax Bekkeri animus expugnari non poterat, Senatus decrevit, ut vel elapso mense revocaret, vel se officio abdicaret.

Poſtquam menſis præterfluxerat, novusque renatus erat, claſſis Amſtelodamenſis rediit, & GVILIEL. ANSELOARVM, JO. SMIDT, JO. SCHOONHOFEN & JO. BRANDOLFVM ſibi adjunxit, majorique ac accurata diligentia in hanc rem inquirebat. Bekkerus autem VI. Articulos *Satisfactionis* ab incerto licet Auctore conſignatos exhibebat, in quibus rectius ſe explicaſſe autumabat, rogabatque ut ſingulare patientiæ ſpecimen claſſis ipſi exhiberet, ejusque theſes animo ingenti toleraret, ſe enim problematice illas in poſterum propoſiturum, nec quæ Relligionem fidemque lædere poſſent ulterius aliis communicaturum eſſe. Adſumpſit initio claſſis hoſce ſatisfactionis articulos, utque Bekkerus ulterius ſacro ſuo munere fungeretur, permittebat, cum interim Conſiſtoria, Rotterodamenſe aliaq;& Occidentalis & Orientalis Hollandiæ, ſummo zelo contra hoc decretum inſurgerent,priusque Synedrium Rotter. ſcilicet ad alia, *circulares litteras* die Kräyß-Brieffe mitteret, in quibus Adſeſſores ſinguli ſe ab hoc ſcandalo purgabant, (x) claſſis quoad ſingula ſua membra, prius enim pauca tantum adfuere, hos ſatisfactionis articulos auctos amplificatosque Bekkero inſinuabat, resque eo redacta videbatur ut ſi nomen ſubſcribere paucis illis articulis Bekkerus vellet, illosque approbare, & interponere pro eo ſuam fidem: quod in poſterum ſibi ſervaturus eſſet ſententiam, nec expoſiturus in publicum; ille Eccleſiaſtico muneri obeundo relinqueretur. Bekkerus autem, benignos licet ſubinde judices hic inveniſſet, cum tamen denuo errores ſuos propugnaſſet, Senatus Majoris ſive Claſſis decreto ac ſententia d. 22. Jan. 1692. primo quidem ad XI. hebdomades ſuſpenſionis poenam ab officio ſubire cogebatur.

XIV. Bekkerus interea inque horum XI. hebdomadum tempore Friſiam ſalutabat, quo reliquos, qui adhuc reſtabant Mundi Faſcinati libros abſolveret, accuratioriqui lima excuderet, ſed litteræ iſtæ circulares multum negotii parumque requiei ipſi dederant, quare tandem lares Amſtelodamenſes reſalutabat; percipiebat autem ſe a claſſe ad dicendam cauſam vocatum eſſe, quare Alckma-

(x) conqueritur etiam de hac re *Iac. Kœlman*, in *Dedicat. ad claſſem Walachriæ*, libri: *het Vergift van de Carteſianſche Philoſophie &c.* * 4. *fac.* I.

Alckmariam petebat. (y) Jctus quidam ipsi autem suadebat, ut peculiari scripto & contra hanc *Synodum Alckmarianam* insurgeret, neque se illi subjiceret, quam scriptionem, *Remonstrantiam*, Bekkerus quoque cuilibet Adsessorum hujus Synodi exhibebat. Postquam Præses ipsi jam decisionem Synodi commemoraverat, articulos satisfactionis, quos classi obtulisset, rejicientis, utque revocaret singula, poscentis, synodus Remonstrantiam prorsus acceptare noluit, Bekkerus autem ejus membra non ut Judices respicere; quare tandem per D. PECKSTOCK certi ipsi articuli prælegebantur, ut ad illos responderet ac rationem redderet. I. enim ipsi vera doctrina de spiritibus ac præcipue Diabolo prælegebatur, & quam impie ab illa secesserit, perversaque dogmata publicaverit, ostendebatur, id quod locis quibusdam ex prima libri sui editione in 8. excusi corroborabatur. II. ut resipiscceret sive poenitentiam ageret subscriptione quoque horum articulorum, secundum quos confiteretur, 1) de Angelis Diabolisque contra Scripturam Sacram docuisse 2) nonnulla Sacri Codicis commata perverse misereque explicasse. 3) Translationes sive interpretationes Bibliorum ludibrio affeciisse. 4) Ecclesiæ Reformatæ maximos errores attribuisse. 5) Denique Salvatorem nostrum contumeliis affeciisse. III. ut doleret hæc omnia, gratiam divinam imploraret, a synodis, classibus consistoriisque errores suos deprecaretur, nec amplius vel in Concionibus, vel inter Catechisandum, vel in scriptis hanc proferret sententiam, nedum de ea loqueretur. Decisionem Synodique decretum desiderans Bekkerus, quo articulorum allegata cum libro suo conferre posset, illud impetrabat quidem, describere tamen non debuit, alias enim ex deputatorum numero quidam ipsi ad certas horas, dum scriptionem legeret, subordinatus fuisset, relegens autem hos articulos, ipsos illorum pudere debere adserebat, omnem proinde synodus Bekkeri scriptionem respuebat, rotundam ab eo responsionem declarationemque expectans, utque quoad singula momenta illos adsumeret postulans, quod cum facere

 detre-

(y) Filum hujus Historiæ ipse Bekker ita nectit, historicaque Scripta, quæ statim nominabo, ex parte recenset, in *Præfat. belgic. Libri 3. Mundi Fasc.* * 2. *fac.* 2. * 3. *fac.* I.

detrectaret, & ad D. SCHMIDTIVM, qui ſuſpenſo abſenteque ipſo in ejus locum ſubſtitutus erat & ſacras functiones ſuſtinebat, litteras exararet, eum ab hac ſtatione ſecedere debere; ultimo reſpondebatur, ipſum denuo ab officio ſuſpenſum eſſe, & ab Euchariſtiæ ſacræ uſu eque membrorum Eccleſiæ Reformatæ numero excluſum. Hac ſententia prælecta Bekkerus regerebat quædam, claſis autem precibus ad Deum fuſis gratiarumque actione ſeſſionem finiebat, quod ægre ferens Bekkerus exiebat. Die 21. Aug. 1692. accedebant Bekkerum Eccleſiaſtes EVERSDIIK ac Antiſtes MOLENAAR, & Synedrii Eccleſiaſtici reſolutionem ipſi inſinuabant, cujus contenta erant, ſe ſynodale decretum approbaſſe, ut ſuſpenderetur, & ad S. Coenam non amplius admitteretur, quærenti: quamdiu, reſpondebatur: usque dum Conſiſtorium Satisfactionem videret, ad quæ Bekkerus: ſe non ſatis mirari poſſe talem ſynodi ſententiam, quæ ipſum nondum ſatis percepiſſet nec juſto Adſeſſorum membrorumque numero ornata fuiſſet.

XV. Et hæc ſunt ea, quæ in Bekkeriana cauſa publice acta geſtaque fuerunt. Scripta e quibus horum geſtorum, publicarumque Synodorum cum Bekkero concertationum Hiſtoria peti poteſt, potiſſimum ſeqq. exiſtunt. I. *ex Litteris* quas הַנִּבְר ΦΙΑΛΗΘΗΣ *(z)* ad amicum aliquem ob Hiſtoriam Mundi Faſcinati ſcripſit, *Epiſtola* II. III. & VII. ex parte. II. *Twe Brieven van B. BEKKER aan EVERHARDVS van der HOOGHT, Predikant tot Niewendam &c. t' Franeker* 1692. 4. *(a)* III. *Nodige Bedenkingen op de nieuwe beweegingen onlangs verweekt door den circulairen Brief &c. door* B. BEKKER, *t' Amſt.* 1692. 4. IV. *Kort en waarachtig verhaal van't gebeurde ſedert den 31. Mey* 1691. *tot den* 21. *Aug.* 1692. *in den Kerkenraad en claſſis van Amſterdam, en de Synode van Noord-Holland in de ſake B. Bekker, t' Amſt.* 1692. 4. V. *Viervoudige Beantwoordinge van Beswaarnigen, voorgefeld an B. Bekker, over ſyn Bock genaamd de Betoverde Weereld, zynde*

I. *Extracten*

(z) citandus in §. ſequ. ex iis optima excerpſit *Guil. Erneſt. Tenzel* in den Mon. Unterr. 1692. p. 112-130 iis exceptis, quæ ad Synodum Alekmarianam ſpectant. *(a)* ſunt litteræ Reſponſoriæ ad Pſeudonymum iſtum תַּנִּבְר φιλαλη9. quem ſtatim p. 1. *Everhardum van der Hooght Eccleſiaſten Novodammenſem* nominat Bekkerus.

1. *Extracten door Gecomitteerden des Kerkenraads met de korte Aantekeninge van den Auteur die tot mondelinge Conferentie hadden mogen dienen.* 2. *de XIII. Artykelen, hem eerst van den Kerkenraad, en daarna van de classis voorgesteld: met syn Antwoord op de selve, en eene Acte van Satisfactie daar by van hem aangeboden.* 3. *de VI. Onderhandelingen der Gecommitterden van de classis, met den Auteur gehouden, behelsende de voornamste Beswaarnissen tegen het gemelde Boek; en syne Antwoorden op en jeder aan deselve.* 4. *d' Artykelen van Satisfactie, hen laatst van de Synodus tot Alkmar voorgehouden, met syn Antwoord naderhand daar op gestelt. t' Amst.* 1692. 4. VI. *Acten ofte Handelingen van de Noord-Hollandsche Synodus, gehouden binnen Edam en Alckmaar,* A. 1691. *en* 1692. &c. *t' Enchysen* 1692. 4. VII. *Aanmerkinge op de Handelingen der twe laatste Noordhollandsche Synoden.* &c. VIII. *B. Bekker Naakt Verhaal van alle de Kerkelike Handelingen voorgevallen in den Kertkenrad en de classis van Amsterdam, alsmede in de Synoden van Noordholland, tsedert den 31. May,* 1691. *tot den* 21. *Aug.* 1692. *t' Amst.* 1692. 4. IX. *Ondersoek en Antwoord van B. Bekker op't Request door de Gedeputeerden de Noordhollandsche Synode tot Edam ingegeven an de Heeren Staaten van Holland en West-Friesland tegen syn Boek de* B. W. *t' Amst.* 1693. 4. X. tandem MELCH. LEYDEKKER, cap. I. p. 6. & sq. Scripti: *de Goddelykheid en Waarheid der H. Schrift* &c de quo statim plura dicam.

XVI. Dum autem publica cum Bekkero rem habebant Collegia, privati Ecclesiæ Doctores apud Batavos contra ipsum disputarunt, suffragiaque sua litteris consignarunt, quorum nonnulli Anonymi sunt, alii qui sua nomina ac stationes expressere, recensenturque longa serie ex parte ab ipso Bekkero in pecul. Scripto cujus Titulus est: *Kort Beright van B. Bekker aangaande alle de Schrifften welke over syn Boek de B. W. enen tiid lang heen en weder verwisselt zyn, t' Franck.* 1692 4. Cap. VI. VII. & VIII. hunc in modum. I. *de Uitgebannen Duivel weder ingeroepen* &c. 1691. 4. Auctorem hujus Schedæ nominat FLORENTINVM COSTERVM Ecclesiasten *Hornensem,* fusiusque de eo disserit l. c. p. 33. & seq. II. *Consideration over het Boek van B. B. de Betoverde Weereld, door* J. S. *t' Amst.* 1691. 4. III. *de Betoverde Bekker* &c. *in's Gravenh.* 1691. 4. IV. *Missive aen B. Bekker, in't korte ontdekkende de Gronden van sijn Mis-grepen, begaen in sijn Drie Tractaten, de Betoverde weereld, over den Prophete Daniel, en van de Cometen*

meten &c. *in's Gravenh.* 1692. 4. V. *De Geest van David Joris, Sprekende zyn eygen taal, in dese Laatste Eeuwe* &c. *uyt Middelb.* 1691. 4. VI. *Bekker door Bekker overtuygt* &c. *in's Gravenh.* 1692. 4. VII. *Copye van een Brief aen* N. N. *behelsende eenige Consideration, aangande de Geesten* &c. 1691. 4. VIII. *Reedelyk Bewiis, dat het on-reedelikheid is, uit de Reeden d' onmogeliike Werking der Geesten op Ligchaamen aan te dringen,* &c. *t' Amst.* 1692. 4. IX. *den Predikant D.B. Bekker seediglyk ondersogt* &c. *Uytregt,* 1692. 4. X. *den Schwadder die E. W. op Cartesianen en Coccejanen geworpen heeft, in sijn twe Deelen van Aartige Duivelarge zuiver afgevaat* &c. *door Iratiël Leetsosonens, t' Amst.* 1692. 4. XI. *De Satan in syn Wesen, aart, bedryf, en guichelspel, vertoond in een historische Verhandeling van Duivelen, Gesighten, Spooken, Voorsegginen, Voorteken, Dromen, toreryen, Betoveringen, Besectenheid* &c. *door* S. *de* VRIES, *t' Utrecht,* 1692. 8. Ultrajectinus iste Philosophus in hoc scripto quasi aliud agendo Bekkerum tangit, quia tum hunc librum meditaretur, primum Auctor nondum prodierat. Secutum est aliud Scriptum h. t. *Werksaame Duypelen in de Wereld of Verfolg van de Satan in syn Weesen, aart en Guychelspeel.* XII. *de Godslasteringen van de Amsterdamsche Predikant D. Bekker,* &c. *door* HENRIC. BRINCK, *t' Utrecht.* 1691. 8. Præfat. loco scriptum hoc ediderat, *voor aen Bock getitulirt: Toet-steen der Waarheid en der Dwalingen,* ut rubrum ostendit, ipseque refert sub *No.* ******* 1. *fac.* 1. XIII. *Ongenoegsame Satisfactie, gedaan door den Auteur van het Bock de B. VV. genannt, in seekere Artikelen, uitgegeven na den* 22. *Jan. laatst-leden, door* HENRIC. BRINCK, *t' Utrecht* 1692. 4. XIV. *de Goddelykheid en VVaarheid der H. Schrifften, te geliik van de Christelicke Godsdienst verdeedigd tegen de Betov. VVeereld, van* D. B. B. *door* MELCHIOR LEYDEKKER SS. *Theol.* D. *en Professor t' Utrecht* 1692. 8. Originale hujus Scripti Latinum est, exiitque sub titulo: *Dissertatio Historico-Theologica de vulgato nuper Cl. Bekkeri volumine & Scripturarum Auctoritate ac Veritate pro Christiana Religione Apologetica, Ultraj.* 1692. 8. (*b*) ostendit autem frater hujus Theologi *Jacob. Leydekker,* in fine libri mox citandi s. *VVaarschouwingen,* quod belgicam

(*b*) Excerpta hujus libri dant *Acta Erud. Lipsi. de* A. 1692 p. 542. & sq. & *Bibliotheque Universell. & Historiq. de l' Année* 1692. T. XXII. *Mars,* p. 187. & seq.

gicam hanc verſionem frater pro opere ſuo non agnoſcat, quod manca caſtigata depravataque ſit, ſic ut omnem venuſtatis gratiam exuerit. Quid vero cum hac verſione actum fuerit, ibidem in poſtloquio pluribus oſtendetur, p. 225. & ſq. Succeſſit poſtmodum alia longeque melior verſio ſub tit: *Melch. Leidekkers Hiſtoriſche en Theologiſche Redeneringe* &c. *t' Utregt*, 1692. 4. XV. *D. Bekkers Philoſophiſe Duyvel, en op nieuw Betooverde Wereld wederlegden ontooverd door* JACOBVS LEYDEKKER, *Dienaer J. C. tot Willemſtaad, t' Dordrecht*, 1692. 8. XVI. *Voorlooper tot de Volſtrekte Wederlegginge van het gene de Heeren, Orchard, Daillon en Bekker, door* PETRVS HAMER, *Numansdorp, Paſt. t' Dordr.* 1692. 4. XVII. *Volſtrekte Weder-Legginge* &c. eodem Auctore ibid. 1693. 4. XVIII. *het Vergift van de Carteſiaanſche Philoſophie grondig ontdekt opgeſtelt, tot een grondt van de Wederlegging van Bekkers Betoov. Wereld door* JACOBVS KOELMAN, *t' Amſt.* 1692. 8. Hucusque Bekkerus Antagoniſtas ſuos, quique Mundum Faſcinatum atro carbone notarunt, obſervavit.

XVII. Præter hos autem alii adhuc obſervandi veniunt, quos ſecundum ſeriem annorum potiſſimum recenſebo. (c) Ob-

D ſer-

(c) Nominat ex his nonnullos, nimirum: *Verreynium, Molinæum, Grönwegen, Wayenium, Maſtricht* atque *Poiretum* ipſe Bekkerus in libro allegato *Kort Beright* &c. p. 67. 68. & 60. attamen nuda ſaltem eorundem nomina non ſcripta; extat etiam *Vermeerdering des tweten Drucks van het kort Beright* &c. in 4. 1 plag. Diſſeritur que in hac ſcheda de *Koelmanno, Verreyn, van der Hoogt*, & Auctore Scripti, cujus tit. *Overweeging van het Hoofdpoint in de* D. B. B. *de* B. W. *te weten of de Duivel op en menſch kan werken*, N. M. *v, Holy*. Varia ex his Hiſtoricis Polemicisque Scriptis leguntur in *Petri Rabi Bockzaal van Europa, Edit. Rotterd*, de A. 1692. & 1693 paſſim, nec non in Henr. Ludolffs *Benthems* Holl. Kirch- und Schulen-*Staat*, P. II. *cap.* VI. a. p. 730 - 743. Singula tamen paucis quibusdam exceptis ipſe oculis uſurpare, datæque occaſione relegere potui, ac inſimul obſervare, *Bekkeram* in ſingulis ſuis Scriptis, nonnullosque alios, ut *Everh. van de Hooght, Bern. Homoet, Petr. Jacobi* &c. hinc inde quemlibet ſua manu, ſuum nomen adſcripſiſſe.

ſervandus ſtatim eſt præ cæteris, XIX. Auctor Pſeudonymus ſub litteris latens: רגבר ΦΙΛΑΛΗΘΗΣ, quem EVERHARDVM *van der* HOOGT exiſtere jam obſervavi, hujus VII. extant Epiſtolæ in belgica lingua *t' Amſt.* 1691. & 1692. in 4. editæ, quarum argumentum eſt, ut data opera a capite ad calcem Bekkerum examinent, Scripturam ſacram vindicent, & quantum a formulis Eccleſiarum Reformatarum abeat antagoniſta pluribus oſtendant, XX. Anonymus in libro: *d' ondtoverde Weereldt, , handelnde van de Duyvelen, of quade Geeſten zyn, uyt de H. Schriften met verſcheyde hiſtorien beveſtigt. Amſt.* 1691. 8. XXI. alius Anonymus ſubtit. *Opſtel van enige Aanmerkingen op het boek van B. Bekker, genamd de Betoverde Weereld van* J. J. F. B, (d) XXII. *Wederlegging van B. Bekkers betoverde Wereld het erſte deel ingeſtelt door* JAC. KOELMAN &c. *t' Amſt.* 1692. 8. XXIII. *Aamerkingen op de Betoverde Wereld door* J. VERRYN, *t' Amſt.* 1692, 4. XXIV. *de Betoverde Werelt- onderzogt en wederleydt door* IO. MOLINÆVS, *t' Rotterd.* 1692. 4. XXV. *Pneumatica, of' te' Leere van de Geeſten, zynde denkende en redelike Weſens &c. uytgegeven by gelegenheyd van't boek de B. W. &c. door* HENRICVS GROENEWEGEN, *t' Enchuyſen*, 1692, 4. XXVI. *Zeedig Onderſeek van het Boek - de B. W. door* EVERARDVS *van der* HOOGHT, *t' Amſt.* 1692. idem qui jam antea, refutat autem, præcipue Librum II. Mundi Faſc. inque præfatione hiſtoriam ſuarum epiſtolarum exhibet. XXVII. *de Betoverde Weereld van D. B. B. onderzogt en wederlegt, door* IO. *van der* WAYEN, *t' Franeck.* 1693. 4. (e) XXVIII. *Zedige Aanmerkingen, waarin de gronden en de daarop gebouwde Redeneringen van den wytberoembden* Hr. D. B. B. *nopende de aart en werkingen der Geeſten, aan Gods Woordt en de Reden getoeſt worden, door* IO. AALSTIVS *en* PAVLVS STEENWINCKEL. *Dienaeren des Evangeliums tot Hoornaar, t' Dordregt*, 1693. 8. (f) de his Auctoribus judicium ferri ſolet, illos omnium optime, ſolidiſſime, elegantiſſime ac perquam humaniſſime, ſive ſingulari

(d) Laudat hanc refutat. ipſe Bekkerus, *in App. pec.* p. 31. adjecta litteris ſuis ad *Everh. van der Hooght.* (e) recenſ. *in Act. Er. Lipſ.* 1694. p. 254. ſq. (f) rec. *in Act. Er. Lipſ.* 1693. p. 313. ſq.

lari modestia Bekkerum refutasse. (g) Tandem observari merentur: XXIX. PETRVS *van* MASTRICT, *Ultrajectinus Theologus* Bekkeri pariter hypotheses discutiens, in quo Scripto autem, mihi nondum est perspectum; &: XXX. PETRVS POIRET capitalis Cartesianorum adversarius, *in vera methodo inveniendi verum*, quæ præmittitur libro ejus *de eruditione solida superficiaria ac falsa*. P. III. p. 212, -- 248. *Edit de* A. 1708. prima viæ jam A. 1692. *Amst.* exiit. Ut Bekkerum eo efficacius refelleret Poiretus, maximam hominum partem veros magos & per pacta Diabolo addictos esse, constanter sibi est imaginatus, prout Critici nonnulli hoc de ipso observarunt.

XVIII. Varios porro motus excitarunt aurei pariter ac argentei nummi, qui in Bekkeriani nominis favorem partim, partim etiam in ejus vituperium, concertationumque divulgationem signati sunt, quorum unum eumque notatu dignissimum, huic observationi præfixi, in cujus antica sive adversa parte Bekkeri vultus conspicitur cum habitu Pastori Belgæ usitato, nomenque BALTH. BEKKER, SS. T. D. ET. V. D. M. illum ambiens: in postica sive aversa parte gentilium Hercules suis manibus clavam extollens, quacum monstrum aliquod ad dextrum latus (h) sub spelunca catenis adstrictum profugavit. quod monstrum leonis corpus atque ungues præsentat, serpentis caudam, duo hominum capita, quorum alterum pileo tectum est, collarique cinctum, alterum mitra stultis conveniente cymbalisque amictum, utroque aures asininas gestante. Ad sinistrum Herculis latus invidiæ symbolum conspicitur dentibus instar furiosi hominis stridens, in dextra manu cor suum a vipra laceratum tenet, inque

 sini-

(g) Extat etiam *Bekkeri Brief aan D. Joh. Alstius, en D. Paul Steenwinckel, over derselver zedige Aanmerckinge*, quam tamen non vidi. (h) Chalcographi incuria æneus noster nummus, cujus expressam formam hic adspicere licet, conversus est, sculpturaque quoad latera non recte observata, rectius tamen excusus adspici potest ap. *Guil. Ern. Tenzelium* in den Mon. Unterr. 1692. *coram Mense Dec.* qui quoque nummum hunc in Mühlmanni Vorrath *curieuser Medaillen, in fine Cent. III.* explicatum esse p. 1003. c. l. scribit.

ſiniſtra manu laqueum collo monſtri hujus illaqueatum laceratumque, nuda cæterum invidia conſpicitur, collari pileo pallioque amicta, quæque tandem inſtar hominis languidi in terram cadit. Denotat autem Hercules cum fuſta ſua illud monſtrum abigens, Bekkerum, libro ſuo, Mundo Faſcinato, diabolum e mundo profugantem, inque orcum relegantem, ſpelunca iſta cavea infernum in aliquo πῆ vel loco ædificatum, & annuli, impiorum animas vel ſpiritus ſecundum opinionem nonnullorum inferno quaſi catenis adſtrictos. Monſtroſa beſtiæ facies præfigurare debet, varias diabolicarum apparitionum ſpecies, hominum capita, hominum cerebra & phantaſiam, quippe in qua unice tumultuare diabolum Bekkerus credidit, caput ſacerdotali amictu cinctum ſacerdotem, quique ægrotis ſolatio adeſſe ſolet, ſicut alterum mitra ſtulti cymbalisque amictum, hominem ſuperſtitioſum quique ſingulis relationibus de ſpectris fidem habet. Invidia ad ſiniſtrum latus Herculis, adverſarios Bekkeri, quique ejus librum refutarunt, denotare debet, hæc nuda eſt, & illi nudi i. e. orbati omni cognitione, omni lumine ac veritate, pallium, mitra, pileusque, Antagoniſtas principaliores Symmiſtas ſcilicet, ſub pietatis ſimulationis pallio latentes delineant, quocum invidiam ſuam, arrogantiam, vindictam palliare ſolent, laqueus ſuſtinet vulgi operam diabolum ex inferno extrahentem, quod autem laceratus ſit, id debet oſtendere operam hanc fruſtraneam fuiſſe, miſerrimus invidiæ ſtatus vipraque cor lacerans, miſerrimum Adverſariorum ſtatum, ægritudinemque animi ſignificant, infra tandem hæc verba leguntur: OPVS VIRTVTIS VERITATISQVE TRIVMPHAT; ad indicandum Bekkerum virtute atque veritate tanquam armis clypeoque ſuo Diabolum cum omnibus Spectris ac magia omnes Diaboli Patronos Antagoniſtas ſuos viciſſe atque triumphaſſe. (i)

XIX.

(i) Siſtet talem nummi hujus explicationem *het Tweede Vervolg der Gedigten* &c. p. 19. 20. inſurgit autem præcipue contra nummum hunc *Jo. Molinæus*, *in Præfat. Refut. Mundi Faſc.* p. 1. 2. miraturque Bekkerum ut gentilium Herculem majori gloria exiſtimationeque venerari, quam noſtrum Salvatorem, de quo tamen ſacræ paginæ lo-

XIX. Prodiit pariter A. 1692. alius nummus in cujus uno latere extat Bekkerus cum his monogrammatibus: *B. Bekker.* S. T. D. V. D. M. AMST. NAT. METSLAY. FRIES. MDCXXXIV. & infra nomen artificis: J. V. DISHOEKE, in altero ſequens ab H. MIER conſcriptus verſus;

Diet is dien Schrift doorleerde Bekker
Dien Heyl en Tovery ondekker
Die hoe getrapt, gertergt, nog ſtil
Zig ondervverpt Zyn s' Heeren vvil;
Een man! geſond in Leer en Leeven
Hoe meer verdrukt, hoe meer verheeven.

Materia nummi hujus & aurum & argentum fuit, valorisque, ut aureus 129. a 130. argenteus 9. a 10. florenos Hollandicos valuerit, referente ſcheda aliqua, quæ ſub tit. exiit: *Copy van een Brief, geſchreeve aan een Heer vvonende tuſſchen Rotterdam en Dort, zakende het gepaſſeerde in de Saak van D. B. Bekker; t' Dord.* 1692. 4. quæ & addit, Legenda hujus nummi alterata ac artificioſe ſuppoſita fuiſſe, hæcque verba poſtmodum exhibuiſſe:

Diet is die Schrift - verdraide Bekker
Die Dvvaling en een tvviſt Vervvekker
Die hoe vverleit, is nog, niet ſtil
Maar volgd ſteets in zyn Kvvaade vvil
Een maan verkeerd in Leer en Leevven
Hoe meer verhard, hoe meer verheevven.

In altero minori tenuique nummo quoad paginam adverſam Bekkeri effigies conſpicitur, quoad averſam frontem hæc leguntur verba:

Nu vverd het vvangelof beſtreen
De Duyvel met de Voet getreen
Van die op't pad der Waarheyd gaan

quuntur, quod Diabolum vicerit, ſerpentis caput contriverit, ex obſeſſis ejecerit, omnemque ipſi potentiam ademerit, non vero quod ipſum ex mundo prorſus profligaverit, inque orcum ita relegaverit, ut tanquam canis catenis adſtrictus ſit, nec mundum noſtrum pervagare queat.

En Bekker in ſyn grond verſtaan. (*k*)

Alii poſt hanc tempeſtatem adhuc ſignati nummi ſunt, e. g. ubi in unius nummi pagina adverſa Bekkeri vultus conſpicitur, cum hac epigraphe litterisque vocum initialibus: B. BEKKER S. T. D. V. D M. AMST. NAT. METSLAV. FRIS. M. D. CXXXIV. inferius ſub thorace artificis nomen reperitur: *J. Boskam*, averſa pagina nummique altera facies prudentiam oſtentat ſtola manicata & talari indutam, quæ miras cucullati Præſtigiatoris geſticulationes fumoſique Dæmonii phantasmata per Chryſtallum examinans libro VII. ſigillis firmato innititur, ſuperimpoſitoque columnæ, in cujus medio ſtipite oculus triangulo, hocque circulo incluſum apparet, cum lemmate: *Qui facile credit facile decipitur.* (*l*) In alio nummo adſpicitur Bekkeri Phyſiognomia in antica parte, cum hac inſcriptione: *Balthaſar* BEKKER. SS. T. D. ET. V. D. M. AMST. in poſtica, figura quædam dexteram ſuam manum fundamento quodam imponens, quod Magiſtratus Amſtelodamenſis inſignia adſcripta præſentat, librumque cum litteris: SYNODVS DORD. ſiniſtra manu duas claves conſpiciendas offert, ad latus genii nonnulli malique ſpiritus circumvolant, ad quos excipiendos puer quidam perceleriter properat, legenda ſunt: *Odi profanum vulgus & Argus*, infra extat: 29. *Jul.* 1692. (*m*) In alio tandem nummo ſatyrico, eo quo Bekkerus ab officio removebatur tempore ſignato, Diabolus in forma externoque ſacerdotis habitu deprehenditur ſuper Aſinam vehentis, vexillumque manu ferentis, ad ſignificandum, Diabolum in Synodis Bekkero operationes ejus

(*k*) Vid. *Tweede Vervolg der Gedigten* &c. pag. 62. (*l*) expreſſam nummi hujus formam adducit contemplaturque *Godofr. Tillgner. in Miſc. Lipſ.* T. I. *Obſ.* XXVII. quæ agit *de novo opere Numismatico-Litterario*, p. 263. & ſſ. & ex eo *Jo. Chr. Kochius* in *Obſ. Miſc.* P. XXXI. N. IV. agens von einigen *Medallien*, ſo unterſchiedenen Gelerthen zu Ehren verfertiget worden, T. III. p. 546. ſſ. (*m*) Vid. *Jo. Gröningii Hiſtor. Numiſm. Critic.* der *modern Medaillen*, Hamb. 1702. 12. p. 188.

jus inficias eunti, palmam præripuiſſe atque triumphaſſe, quod minime Bekkero laudi duci poteſt, (*n*)

XX. A nummis ad imagines harumque emblemata ac epigrammata progredior, quæ in Bekkeriani nominis ſplendorem vel vituperium excogitata fuere. Deprehenditur nimirum effigies Bekkeri columnæ innixa, cum litteris ſupra ſignatis: *Monotheiſt*, infra autem Morpheus filius ac miniſter Somni Poetis notiſſimus (*o*) ſub cavo monte atque ſpelunca latitans, papavere, geniis ac ſpectris variis ſtipatus, (*p*) adjecta in altera pagina, *Verklaaringe van't Sinnebeeld*, quæ explicatio tamen cum nimis prolixa obſcuraque ſit, huc non adſcribi repetique meretur. Præ cæteris imago ejus nitidiſſima proſtat, quam *A. v. Zylvvet* æri incidit, ſupra veritatis Symbolum reperitur, cum emblemate rationis, velum aperientis, ſpectraque Dæmones & ſagas in infernum fugantis, ad latus utrumque duo dicta Biblica adjecta ſunt, alterum ex *Judic.* VI. 32. quod juxta verſionem belgicam ita fluit: *Baal tvviſte tegen hem om dat hy ſynen Altaar hefft omgevvorpen*, alterum ex *Pſ.* XVI. 8. hujus Sententiæ: *ik ſtelle den Heere geduriglyk voor my, om dat hi aan myns reghter haud is, en ſal ik niet vvancken.* Porro nomen ejus reperitur *Balthaſ. Bekker* SS. T. D. & V. D. M. infra ſcriptum eſt *a L. Rutgersſz:*

Dit's Bekker, vviens Verſtand van't Hoogſte ligt beſtraald
Gods roem verheft, voor vvien de Reden komt verſchynen,
Die't nagt-gordyn op ſchuyſt; vvaar door de Waarheid praald
Net's Hemels glans: en Doet al't helſch geſpook verdvvynen.
Dank't hem: vviens ſchrander breyn, door yver voor Gods Eer,
T'ge-

(*n*) deſcribit ita illum *Petr. Bayle*, *Dans la Lettr. Chois.* T. II. *Lettre* CVII. p. 395. 396. qui & addit, in tractatu aliquo Hollandico, ad modum Scripti Satyrici Itali Celeb. *du Boccalini Raggnaglio* dicti, concinnato, hunc nummum fuſius explicatum eſſe; & ex *Baylio Kochius* l. c. p. 544. (*o*) vid. *Ovid.* L. XI. *Methamorph.* v. 592. & 634. aliique. (*p*) Longe elegantiori modo hic Somni Miniſter Morpheus expreſſus eſt, ap. *Sr. Boileau Deſpreaux Socium Academ. Inſcript. ac Numiſm. dans les Oeuvres diverſes, a Amſt.* 1702. 8. T. I. pag. 206.

T' gevvaand vermoogen van den Duyvel, velt ter neer.

In imaginem Bekkeri a *P. Schenck* excusam *P. Rabus* hanc inscriptionem fecit:

O Amsterdam zoo gy niet hoorende ziit doof,
Hoor uvven leeraar, vvien de konst voor u doet leven:
En zeg, als gy hem ziet, dit's Hy, die't by geloof
Den laatsten dootsteek in zyn schriften heeft gegeven,
Die Bekker kennen vvil, leg eerst Voorordel neer,
Gods eer te bouvven, niet des Duivels; dat's ziin leer. (q)

Op d' Afbeeldingh van de Herr Balthazar Bekker, in de Svvaarte Konst:

Hoe Bekker, ban je nu de tovery van d' aard?
Ik zie ge vvord nochtans door svvarte konst vermaart. (r)

Tandem præ cæteris iisque bene multis Epigrammatibus in Balth. Bekkerum hoc adhuc meretur observari, quod Antagonistas ejus Adversariosque ipsi simul objicit, ac hujus est Sententiæ:

Svvigt Bekker, svviigt, 'k seg svvigt, bestriid geen Duivvlen meer,
Gy ziint alleen te svvak haar teegen stant te keeren;
Wat all gevvaapende staan voor des Satans eer,
Om het te helpen en Doen op dees aard regeeren;
Of tvviifelt gy noch? siet gy niet vvat magt hy heeft,
En dat hy midden in uvv meede-broederen leeft?
veel hoonden ziin der haasen Dood. (s)

XXI. Sed quid ad hæc omnia Bekkerus noster? ex parte supra jam audivimus, ipsum Senatus Amstelodamensis Ecclesiastici ac Synodorum decisiones minime approbasse, sed potius de illegitimo Synodi processu non una vice conquestum esse, id quod & e scriptis illis historicis, quæ in §. XV. adduxi, & quæ hujus rei gratia Bekkerus edidit præcipue publicique juris fecit, perspicue ac meridiana luce clarius elucescit, quare & in illorum aliquo loco hujus controversiæ motus tam magnos fuisse adserit, ut apti fuerint nati, tam populosam civitatem, re-

(q) conf. *het Vervolg van verscheyde Gedigten &c.* p. 52. (r) ib. p. 22. (s) ib. p. 22.

regionemque totam quasi convertere, inque illam confusionem præcipitare, qualem olim inferior Germania experta erat. (*t*) Adversariorum Scripta malevolo adspexit oculo ac animo, cum se cum Mundo suo Fascinato tam signanter in illis notatum fuisse animadverteret, tanti tamen non æstimavit, ut illa quapiam responsione dignaretur, fatetur potius alibi, se minime eo per menses XIII. adductum fuisse, aut adduci posse, ut vel e suggestu ore, vel e musæo suo calamo contra Adversarios insurgeret, librosque quos alii vix evolverent, sua refutatione commendaret, celebraretque, adversarios nescire ipsius mentem, nec scriptione sua id effecturos esse, ut qui libro suo fascinati fuerint, illorum opera converterentur. (*u*) Unico tamen EVERHARDO *van der* HOOGHT ad sua dubia respondit, in litteris §. 15. jam memoratis, idque ut ipsum sapientiorem redderet, aliisque refutandi ac virgulam censoriam sumendi ansam occasionemque abscinderet. Adjecit tamen recensioni suorum Antagonistarum eorundemque scriptis varias observationes criticas ex parte etiam Philosophico-Theologicas, in scripto cujus pariter in §. 16. jam mentionem feci, cujus titulus est: *Kort Beright vaan B. B. aangande alle de Schriften &c.* ll. cc. Scriptoribus latinis tamen, sive qui Romano stylo ipsius dogmata refellerunt, *Leydekkero* scil. *van Mastricht* atque *Poireto* se in allegato libro p. 60. satisfacturum esse, in eadem eruditis vernacula latina lingva pollicetur, quantum mihi tamen constat, illud non factum est, licet ut in specie Poiretum refelleret ab hujus aliquo amico Mystico Theologo excitatus fuerit, ni velit videri, ac si ad hanc Refutationem nihil regerere vel respondere posset. Cumque ipsi objiceretur in *Actis Erudit.* quæ libri sui summaria exhibuerunt minime in favorem sui dictum esse, respondebat, hoc unius viri opus saltem fuisse, neque Lipsienses lingvam Batavicam callere, sed Contenta hæc in Hollandia

(*t*) Vid. *Nodige Bedenckingen &c.* pag. 9. legi etiam præcipue meretur Præfat. *den Viervoudigen Beantvvordingen &c.* præmissa, quam verbis emphaticis doloremque suum vehementer exprimentibus, consignavit. (*u*) *in Kort Berigt &c.* p. 6.

consignata esse, cum ipse ut ea consignaret fuerit rogatus, flocci igitur facere Exterorum cohortem quam contra ipsum insurrexisse perhiberent, cum unicus ea quæ in Lipsi. Actis legimus, in chartam conjecerit, consignaveritque. (vv) Vindicavit porro Bekkerus contra singulos conatum suum in peculiari scripto, quod dum in Occidentali Frisia currente suspensionis suæ tempore viveret, exaravit, cujusque rubrum est: *Die Friesche Godgelehrheid, begrypende alle desselvs vverken in Friesland uitgegevven, en't gene daar af geordelt, en darover voorgevallen van B. Bekker, t' Amst.* 1693. 4. in quo pariter mundum suum Fascinatum vindicavit, ostendens quantus ille liber sit, & quam injusti pessimique aliorum contra hunc conatus ac molimina. Tandem nummos satyras ac Epigrammata in favorem sui vel opprobrium publicata detestatur serio ac deprecatur, & carmina Poetica plus odii quam favoris, detrimenti plus quam commodi sibi conciliasse, pluribus loquitur. (x)

XXII. Sed & alii fuere, qui nostrum Theologum contra alios Theosophos, ac horum placita contra vulgum ac ipsum Magistratum Amstelodamensem vindicarunt. Recitat illorum Scripta longa serie & ultra XXV, ipse Bekkerus in libro sæpius allegato: *Kort Beright van B. B. aangande alle de Schrifften &c.* p. 13. & ss. quæ tamen ne præsens observatio suam molem excedat, non repetam, maxime cum cujus gratia in lucem publicam emissa fuerint, Bekkerus ipse, ea ut illiteratorum hominum foetus respuat ac vilipendat, licet proprio instinctu absque sua opera notitia consilioque, immo præter voluntatem suam scripserint, nomenque ejus vindicaverint, l. c. p. 6. & 10. Præter hoc ab aliis quoque, Antagonistis responsum est, Bekkerusque vindicatus, in quorum numerum referri meretur Auctor Scripti: *de Leerar van de hooge School, door Voldsterlingen van de Kerk onderzogt en vvederleid, zynde Aanmerckingen van ongestudeerde Persoonen, op het Boek van den Prof. van der Waeyen tegen de Betoverde Weereld van B. B. uitgegeven. By een gesteld, met eigene aantekeningen*

gen

(vv) Vid. *Nedige Bedenck.* p. 46. (x) *im kort Beright &c.* cap. II. pag. 7. 8.

gen vermedert, en zoo t' samen voor zyn eigen Werk angenomen, en uitgegeuen van B. B. t' Amst. 1694. 4. cui hæc rursus scheda est opposita: *Uiterste Verlegenheit van D. B. B. duideliik aangevvezen door Wederlegging van alle zyne aanmerkingen en nalezingen, gevoegt by het stordige Mengelmoes van zyn E Voedsterlingen, uitgegeven dooren Discipel van den Heer van der Wayen en voedsterling van de Academie van Friesland*, 1696. 4. observanda porro est epistola hujus inscriptionis: *Lasteringen van Jac. Koelmann in ziin zoo genaamd Wederlegging van B. B. B. W. Zediglik aangevvesen in een Brief van Ant. van Dale, t' Rotterd.* 1692. 4 Reperio insuper in collectis junctimque editis carminibus Satyricis, Satyras contra Adversarios Bekkeri ab ejus Asseclis exaratas, nominatim contra *Everh. van der Hooght, Henric. Brinck, Petrum Schaackium* aliosque, ut isti etiam ejusmodi elogiis Inscriptionibusque tanquam triumphalibus ornamentis superstitioso quidem orbi, ad quem Adversarios Bekkeri relegabant, commendarentur. Memorabile præprimis est Anagrama, quod ex Bekkeriani nominis Programmate per transpositionem litterarum elicere, quod *im tvveden vervolg der Gedighten* p. 38. reperitur & hujus est sententiæ: *Balthasar Bekker Doctor in de Godtgeleerdheid; Bid tot Godt by sal de Kerkeraad nog béter lére;* quo veneratores isti nominis Bekkeriani absque omni dubio ad illegitimum Amstelodamensis Classis Synodorumque processum cum Bekkero respexere, ac meliora tempora sibi sunt polliciti, sperantes Bekkerum singulos Synedrii Ecclesiastici Adsessores, ad sanam mentem aliquando adducturum esse. Immo reperti sunt nonnulli eadem statim tempestate Bekkerianos errores Asseclarum more, suo calculo non tantum approbantes, verum etiam illos scriptione ad Posteritatem propagantes, inter quos referri meretur LVCAS *van* GVNST, in Scripto quod sistit *den Gevallen Engel vveereloos*, ejusque debilitatem ac impotentiam, e Sacra scriptura, Jure Ecclesiastico ac Civili atque Historia, *t' Amst.* 1692. 4. JO. PELL, in libro cujus titulus: *de Wonderdaden des Alderhoogsten*, quique omnem operationem in corpora Spiritibus prorsus denegat, variaque V. ac N. T. loca perverse explicat, præmissa ad Bekkerum dedicatione ac vindicatione orbis sui Fascinati, *t' Amst.* 1693. 4. huc quoque spectant

litteræ istæ amoebeæ, quæ sub hoc titulo exiere: *Klare en beknopte Verhandeling van de Natur en vverkinge der Menschelike zielen Engeln en Duivelen vervat in gevvisselde brieven thusschen de Hr. Willem van* BLYENBERGH *en Willem* DEURHOFF, *t' Amst.* 1692. 4. itidem: *Vervolg van de klare en Beknopte Verhandeling &c. tuschen de Hr. Henric.* BRINCK, *en Willem* DEURHOFF, *t' Amst.* 1693. 4.

XXIII. Quod tandem ad exitum harum controversiarum ac motuum Bekkeri gratia ortorum attinet, Senatus Amstelodamensis jussu ac hortatione revocavit quidem errores suos detestabiles Bekkerus, ejusmodi verbis tamen, vt non tam fateatur, se dum consignaret librum, ex errore in errorem incidisse, sed quod non speraſſet, plurimis ingenii sui foetus scandalo fore, plurimosque hypotheses suas in malam partem interpretaturos esse. Sive ut HENRIC. BRINCK *in de Godslasteringen van B. Bekker* ****** *1. fac. 1.* & 2. de ipso scribit, hunc in finem se rectius explicasse, propiusque paulo ad veritatem accessisse; *om te zvvarder en moetvvilliger te dvvalen*, qui pariter inquit: *dat Partyc noch veel erger gevoelt, als hy ten eersten aansien sich in de eerste druk schiint te laten blykken.* Hanc explicationem tamen Senatus Batavico-Amstelodamensis adsumere noluit nec potuit, quare ut jam supra observavi, suspensione primum ab officio per menses aliquot affecit Bekkerum, donec re penitus desperata, cumque ad saniorem mentem redire nollet & moras ex moris traheret Bekkerus, muneri ipsum penitus interdiceret, a communione etiam de S. Coena arceret, & ex Reformatæ Ecclesiæ adscriptorum membrorum numero hunc obstinatum hominem excluderet, quod mense Julii ac Augusti commemorati anni 1692. accidit. Ultimæ, quas hic Symmista Sacer e cathedra Ecclesiastica dixerat, homiliæ fuere, *Dominica II. Post. Epiph. d. 20. Jan.* dicti anni, horis matutinis in novo, & vespertinis in veteri templo, utraque ex Evangelio istius Dominicæ, *de Nuptiis Cana in Galilea habitis e Joh. II. 1. - - 11.* (*y*) Removebatur quidem ab officio, salvo tamen ipsi annuo salario ac post mortem quoque vidualibus, Magistratus etiam, quamvis istam Bekkeri opini-

(*y*) Vid. *Tvveede vervolg der Gedigten &c.* p. 11.

opinionem non probaret, nec Synodalium ſententiam aperte impugnaret, noluit tamen permittere, ut alius ex Miniſtris in locum vacantem ſufficeretur, donec Senatus decerneret. Vivebat in iſto ſtatu adhuc VI. annos, donec A. 1698. d. 11. Junii ſuæ ætatis LXIV. anno, vitam cum morte commutaret. Poſt obitum ejus illico fama tulit, longe alias melioresque Bekkerum antequam moreretur, cogitationes accepiſſe, & acſi ea omnia, quæ ſummo ſtudio ac opera conſignaverat, immo quæ tam mordax ac conſtanter defenderat, revocaſſet; contrarium tamen Filius ipſius, qui haud ita pridem adhuc in vivis fuit, docuit, famamque illam absque omni fundamento eſſe pluribus oſtendit in peculiari ſcheda, quæ parentis ſui ultimos ſermones exhibet, & hanc nacta eſt inſcriptionem: *het Sterf-bedde van D. B. Bekker, uytgegeven door ſiin Soon Joannes Henr. Bekker, t' Amſt.* 1698. 4. (z) Sperabat etiam Bekkerus ſententiam ſuam & librum ab omnibus aliquando receptum iri, utut jam perſequantur, non aliter ac ſententia Mathematicorum Principis Nicolai Copernici, & quæ de Antipodibus illorum filii credidere, item Scripta Ebræorum Magiſtri R. Moſe Maimonidis prius ut erronea rejecta contempta ac plane combuſta fuerint, quæ nunc omnes atque ſinguli adſumant, iisque fidem habeant. (a)

XXIV. Nunc paucis oſtendendum erit, quænam Bekkeri Mundique ſui Faſcinati fuerit Auctoritas apud alios adhuc eruditos ſibi coævos, eosque præcipue, qui poſt ejus ætatem accuratiori lima ipſius hypotheſes ac Scripta ſub examen revocarunt. Laudatur autem, ut vulgo ſolet fieri ab his, culpatur ab illis. In priorem claſſem illos æque refero, qui neſcio quibus encomiis librum ejus prædicarunt, omnibusque gemmis auro ac theſauris chariorem æſtimarunt, ac illos, qui aſſeclarum more ejus hypotheſes ex parte defenderunt, perque ſcripta aliis commendatas habuerunt. De his in ultimis hujus Schediasmatis §. §. loquar, illorum vices unicus PETRUS RABUS ſuppleat, qui *in Præfat. Comoediæ*, quam *Beronicius* inſcripſit Bekke-

 rum

(z) vid. das allgem. Hiſtor. *Lexic. in App.* p. 4. 6. (a) loquitur hac de re *im Naakt Verhaal &c. in Præfat.* * 4. *fac.* 1. & 2.

rum vocat; *den regteervvaerdigen en hoog geleerden Leeraer*, & librum ejus Mundum Fascinatum: *een doorlugtig boek, en een Werk vol van Wysheit en Geleerdheit.* (*b*) Longe plures reperiuntur tamen, qui longe aliter animi sui sensa de Persona libroque Bekkeri expressere. *Ille* enim inter novos Sadducæos Bekkerum refert, *hic* eum famosum Cartesianum nominat, tertius Monotheistarum, Adæmonistarum immo Atheistarum (*c*) catalogo illum inserit, quartus nugari eum adserit, & quod novandi studio abreptus ex furore in furorem inciderit. Alii Mundum suum Fascinatum vocant librum variorum errorum, sarcasmis plenum, quique æternis dignus tenebris censeri debeat, alius: exsecrabilis memoriæ, *iste* quod perversitate sui animi ac libri plurimis scandalo sit offensionique, iterum alius, quod multi novitatis pruritu affecti orbe suo Fascinato revera fuerint effascinati. Et quæ sunt alia elogia, quibus iste Vir cum libro suo afficitur, quæque hinc inde in variorum eruditorum Scriptis deprehendis, legereque potis es,

XXV. Qui Bekkeri librum sequiore nostraque tempestate sub examen revocarunt, & ex professo refutarunt, potissimum seqq. sunt. Auctor Scripti: *Idée generale de la Theologie Pa-*

(*b*) vid. *Molinæi Refut. belgic. Præf.* * 2. (*c*) quæritur: utrum iste qui Dæmones negat statim Atheus existat? pro negativa stant: *Nic. Gundlingius in Observ. Hall.* T. XII. Obs. II. quæ Hobbesium ab Atheismo liberatum exhibet, p. 70. & ss. *Chr. Thomasius in Diss. de Crim. Magiæ*, §. 26. p. 21. Spizelium refellens, & ad superstionem potius hasce hypotheses ducere adstruens. Affirmativam e contra tuentur, ex parte, Celeb. Theol. B. *Jo. Fechtius, in Lect. Theol. in Sylog. Disp. X. de Angelis*, p. 173. & *Jo. Franc. Buddeus, de Ath. & superst.* c. III. §. 3. p. 269. Spirituum sive Angelorum bonorum ac malorum existentiam impugnatam, cum Atheismo conjunctam esse, aut ad eum Ducere ac viam sternere recte statuentes. Et *Falckius* in *Diss. prælim. ad Dæmonologiam* mox citandam, quæ varias recentiorum ad Atheismum vias ac methodos, inprimis per negatam Dæmonum existentiam commonstrat, quibus nos suffragari posse, merito existimo.

Payenne ſervant de refutation au Syſteme de Mr. Bekker touchant le Dæmons, 1699. in 12. emiſſi, quam ſchedam ſive librum nunquam oculis uſurpare mihi contigit. MICHAEL BERNS *Paſtor Wandesbeckenſis* in der dreyfachen Welt, als der Chriſten, Phantaſten und Bezauberten, Hamb. 1697, 4. cujus libri pars ultima ſeorſim Auctoris nomine ſuppreſſo edita eſt ſub tit. Wiederlegung der bez. W. von M. Hamb. 1708. 4. (d) BERNHARDVS von SANDEN *Regiom. Theol. ac Epiſcopus olim in Boruſſia* celeb. *in Præfat.* quæ præmiſſa eſt: *Thomæ Maſecovii* umbſtändlichen Beſchreibung der wunderbahren Geſchichte, ſo ſich mit einer angefohrtenen Jungfer in dem 1683ten und folgenden Jahren zu Königsberg in Preußen auf Churf. Freyheit Tragheim zugetragen. Dantzig 1695. 8. NATHANAEL FALCK: *Theol. Gedan. in Dæmonologia recent. auctorum falſa*, A. 1692. *primum Witt.* habita, ejusque *Diſſ.* IV. p. 75. & ſq. FRIDER. ERN. KETTNER, in *Diſſ.* hiſtorica, *de duobus Impoſtoribus Benedict. Spinoza & Balth. Bekkero, Lipſ.* 1694. habita. ANDREAS KVNADVS, in *Theſibus adverſus Balth. Bekkerum circa operationes Dæmonum in libro, quem vocat* die B. W. *graviſſime errantem, directis, Witt.* 1697. 4. Vir apprime celebris IO. FRANC. BVDDEVS *Ienenſ. Theol. in Philoſophia Theoretica*, P. VI. ſive *Pnevmatica*, cap. II. quod inſcribitur: *Bekkerianiſmus rejectus*; nec non, in *Theſibus de Atheiſmo & Superſtitione*, cap. VII. in Not. ad §. III. a p. 576. -- 590. ZACH. GRAPIVS, *in Theol. recens controverſa continuata*, cap. III. Qu. 9. *Num Angelorum inpr. malorum quædam in hoc mundo detur operatio?* p. 80. & ſq. CARL. GODOFR. ENGELSCHALL, *Dreſdenſis Symmiſta, in Præjudiciis Fidei Seculi moderni*, T. I. *Præjud.* XXIII. cujus inſcriptio eſt: *B. Bekker* hat eine recht wohlgegründete Lehre der Welt mitgetheilet, a p. 682. -- 744.

XXVI. Præter hos alii mihi veniunt nominandi Scriptores, ſcil. qui certa Sacri Codicis oracula a Bekkero depravata ab his detorſionibus liberarunt. In genere quam plurimos S. S. Texrus

(d) Recenſetur in de U. N. von 1708. p. 243. quæ tamen hanc circumſtantiam non obſervarunt.

tus de obsessionibus, quos ille in malam partem interpretatus erat, secundum regulas Hermeneuticas explicuit JO. WILH. RVMPAEVS, in *Diss.* quæstionem expendente: *Utrum detur aliqua Diaboli in hoc mundo operatio? Gryph.* 1706. in 4. In specie loc. *Gen.* III. 1. & *Math.* IV. 1. seq. contra Bekkerum atque Webberum vindicavit, ZACHARIAS GRAPIVS, *Theol. Rost. in Diss. de Tentatione Evæ & Christi a Diabolo in assumpto corpore facta, Rostoch.* 1705. 4. Historiam ex I. *Sam.* XVIII. 7. 8. quam de Sauli superstitione sola mulieris astutia & fraudibus decepti Bekkerus explicat, aliter ex Textus circumstantiis explanandum esse, planum fecit SAM. DEYLINGIVS, *in Observ. Sacris* P. II. *Obs.* XVIII. *de Samuele personato.* Historiam de tentatione Christi e *Math.* IV. 1. --11. ab hypothesibus ipsius liberarunt: JO. WINCKLER, *Hamb. Theol. in Conc. Dom. Invocavit habita, & subtit.* die warhafftig vom Teuffel erduldete Versuchung Christi, wieder *B. Bekker*, Hamb. 1694. in 12. exc. CASP. CAVRIVS *in Gloria Mosis* &c. *Goslariæ* 1696. 4. edita, *Diss.* VIII. *de Tentatore Domini, cap.* I. p. 267. & sq. & SAMVEL DEYLINGIVS *in Obs. Sacris* T. II. Obs. XXVII. *de Tentationis Christi historia*, inscripta. δαιμονιζομένους a Christo sanatos vere ab infernalibus spiritibus obsessos fuisse, ex *Math.* IV. 24. & *Marc.* I. 32. pluribus ostendunt, IOH. a MARCK *Theol. Lugduno-Batavus, in Exercit. Textualibus, Exerc.* XXIX. p. 257.-- 374. & SAM. DEYLINGIVS, in *Observ. Sacris* T. II. *Obs.* XXVIII. Locum ex *Eph.* VI. 12. ab objectionibus Bekkeri liberavit NICOL. HIERON. GVNDLINGIVS, *in Observ. Sel. Hall. ad rem litt. spectantibus*, T. XII. *Obs.* III. p. 77. sq. eundem cum cæteris commatibus: IO. ADAM OSIANDER, *Tüb. Theol.* in Diss. quæ hanc nacta est inscriptionem: *Classicum Paulinum ad pugnam spiritualem adversus Rectores tenebrarum hujus seculi*, quo ex *Eph.* VI. 10. --13. novæ præcipue B. B. de actionibus & viribus Dæmonum hypotheses examinantur atque confutantur. Cumque per Angelos *in Epist. Judæ* v. 6. memoratos, *Bekkerus* atque *Daillon*, Principes tribuum intelligant, quos ad terram Canaan explorandam missos esse Moses in historia sua narrat, solide hanc sententiam refellit eruditus Belga HERMANNVS WITSIVS, in *Meletematibus Leidensibus, Lugd. Bat.* 1703. in 4. editis p. 469. & sq. ut & GODOFR.

OLEA-

OLEARIVS *Lipſ. Theol.* in Diſſ. Philologica *de Angelis deſertoribus & captivis, Lipſ.* 1705. ventilata.

XXVII. Ultimo tandem illi Auctores annotari merentur, qui certam aliquam materiam ex iis, quas abnuit Bekkerus in pecul. ſcheda ſibi explicandam ſumpſere, inter quos eminent ſeqq. CAROL. FRID. ROMANVS, *JCtus Lipſ. in Schediaſmate Polemico* expendente quæſt. *An dentur Spectra, Magi & Sagæ*, contra Thomaſium potiſſ. directo. Lipſ. 1703. & 1710. in 4. JO. MICH. LANGIVS, *Theol. Altdorffinus*, in erudita *de corporali obſeſſione* Diſſertatione, *Altd.* 1709. habita. FRIDER. HOFFMANN, *Medic. Hall.* in Diſſ. Phyſico-Medica, *de Diaboli Potentia in corpora, Hall. Magd.* 1712. GEO. CASP. KIRCHMAYER, in Diſſ. *de Apparitionibus Spectrorum & Spirituum, Witt.* 1692. & MICH. FORTSCHIVS, *Jenen. Theol.* in Diſſ. *de pactis hominum cum Diabolo circa abditos in terra theſauros effodiendos & acquirendos*, quam occaſione tragici illius caſus, qui exeunte 1715. anno, in vigiliis Feſti Natalit. Chriſti, in agro Jenenſi contigit, (e) *Jenæ* 1716. inſtituit. Quorſum etiam ſpectat HENRIC. ASCAN. ENGELCKEN, Scheda *de Miraculis* contra Bekkerum diſſerens, Roſt. 1707. emiſſa. Et Haffnienſis Theologi HECT. GODOFR. MASII Diſſ. *de exiſtentia Dæmonis quatenus ex L. N. innoteſcit*, licet jam A. 1688. *Haffn.* in 8. & ſic paulo ante mota certamina edita fuerit. (f) De potentia denique Diabolorum contra Bekkerum ex profeſſo quamvis homiletice egit pientiſſimus pariter ac eruditiſſimus Theologus PHILIPP. JACOB. SPENERVS, in der Lauterkeit des Evangeliſchen Chriſtenthums, *Part.* I. Hall, 1706. in 4. edita, ex Evangeliis *Dom. Quadrageſ* p. 410. *Reminiſcere*, p. 457. atque *Oculi*, p. 505. & ſq.

XXVIII. Reſtat ut & de iis diſſeram, qui poſt Bekkerum,

F Spi-

(e) Plura Scripta huc facientia nominat Gottfr. Wahrlieb cit. §. 19. T. I. p. 168. & ſq. (f) Reperitur nunc in *Diſſ. Academic.* junctim editis *Hamb.* 1719. 4. *Tom.* I. N. III. p. 55. & ſq.

Spirituum aut existentiam aut operationes aut apparitiones aut pacta Magica diversa quidem ratione in dubium vocare ausi sunt. Dari Angelos vel Spiritus prorsus inficias ivit Auctor libri Atheistici *Berol.* 1694. in lucem emissi sub tit. *Concordia rationis & fidei*, quem STOSCHIVM a Secretis intimis Electori Brandenburgico fuisse scimus. D. SAMVEL BASNAGE *de Flottemanville*, Ecclesiæ Gallo-Belgicæ apud *Zutphanienses* Symmista, in *Exercit. Historico-Criticis de rebus Sacris & Ecclesiasticis, in Baronii annales, Ultraj.* 1692. in 4. edit. *ad ann.* XLIV. N. 78. & 80. p. 636. hanc subdifficilem quæstionem discutit: undenam tantus ille Energumenorum numerus, qui veterum monumenta legentibus passim incidit, cum raro hodie Dæmoniaci appareant? existimans, energumenos plerosque Christi ac Apostolorum tempore sanatos, non fuisse a Satana obsessos, sed morbum eorum abreptitium insolitumque obsessionem phrasi Ebræorum hyperbolica appellatum esse. Id quod & Delitianus Poliater JO. CASP. WESTPHALVS docuit, in *Pathologia Dæmoniaca* A. 1707. edita, sive observationibus & Meditat. Physiologico-Magico-Medicis circa Dæmonias similesque morbos convulsivos a fascino ortos, Dæmonibus olim Græcorum Ethnicorum ac Judæorum aeriis, hodie vero obsessioni aliisque Diaboli tentationibus & operationibus superstitiose adscriptos; quem tamen statim refutavit JO. GEO. NEVMANN, *Theol. Witt.* in Diss. *de Deismo in Theosophia deprehenso*, Witt. 1709. 4. JO. TOLANDVS *Anglus*, in Scripto cui tit. *Adeisidæmon sive Titus Livius à Superstitione vindicatus*, cui annexæ sunt *Origines Judaicæ*, *Hag. Comit.* 1709. 8. Sagas, Spectra &c. ad anniles fabulas ac fraudes refert, item ad deliria Fanaticorum, terriculamenta puerorum, ad vanas species oculis animisque obversatas; cui tamen præter ELIAM BENOISTIVM, *dans la Melangé de Remarques Critiques, Philosophiques, Theologiques sur les deux Dissertations de M. Toland*, *Delph.* 1712. in 8. edit. fese etiam opposuit JAC. FAYVS *Ultraj. Theolog. in defensione Religionis nec non Mosis & gentis Judaicæ contra duas Diss. Jo. Tolandi, Ultraj.* 1709. 8. vid. præcip. P. I. *cap.* XIII. & seqq. CHR. HENRIC. AMTHOR *Prof.* quondam *Kilon.* in Diss. *de habitu Superstit.*

perſtit ad vitam civilem, *Kil.* 1708. habit. §. 15. p. 36. & ſq. totum conjurationis Spirituum negotium ab otioſo quodam & ambitioſo fabulatore inventum fuiſſe adſerit, illisque accedit, qui omnes illos, qui Spiritus vere tales ſub indumento corporeo apparere poſſe ſtatuunt, indoctæ ſuperſtitionis accuſant. Notavit hunc & alios ejus nævos CAROL. ARNDIVS *in Vindic. Parentis ſui Joſ. Arndii tractat. de Superſtitione*, *Roſtoch.* 1710. editis, p. 41. & alibi, ut taceam alia amœbea ſcripta hac occaſione ab *Amthorio* atque *Arndio* emiſſa. Quod in ſpecie ad tentationem Evæ atque Chriſti attinet, ex profeſſo in Belgio Bekkerum defendit *Winckleroque* ſeſe oppoſuit ZACH. WEBBER, Mitglied von *S. Michael*, in der beſcheidenen und gründlichen Antwort, auf *Jo.* Wincklers Predigt von der Verſuchung Chriſti und unſerer erſten Eltern durch den Teuffel. Amſt. 1695. a recepta ac contra Bekkerum defenſa de tentatione Domini ſententia recedere videtur Celeb. Philologus HERMANNVS von der HARDT, proderequè ſuam hypotheſin de tentatore Chriſti, Rabbi aut Judæo quodam a Synedrio deputato, *in Ephemeridibus Philologicis*, *Diſc. I. de ala templi Hieroſolymitani cap. IV.* p. 38. 39. de baſilica in templo, ſive pinna in quam Salvator collocutus erat, peculiariter ſentiens; conf. *Calvörius loc.* jam *cit. cap.* II. p. 272. & ſq. tacite ac modeſte hanc ipſi conſequentiam objiciens, cum aliis ipſius ac *Hardtii* amoebeis.

XXIX. Præcipue tamen aſſeclis Bekkerianæ hypotheſeos adſcribi ſolet Illuſtr. *Hall. JCtus* CHRIST. THOMASIVS, idque ob *Diſſert. de crimine Magiæ*, quæ *Hall. Magd.* 1701. in 4. exiit, &: *de Origine ac progreſſu Proceſſus inquiſitorii contra ſagas*, *ib.* 1712. 4. Quid in hiſce Scriptis adſerat Thomaſius ex eorundem inſpectione, cum in ſingulorum manibus verſentur, ex Ephemeridum Scriptoribus oeconomiam libri exhibentibus, & ex Adverſariorum refutationibus fuſius pateſcit, qui ipſum illico novitatis temeritatisque accuſarunt, maxime cum prioris Schediasmatis verſioni germanicæ appendicem adjeciſſet, ſcil. ſeine Erinnerung wegen der Winter-Lectionen auff das Jahr 1702. in

: ſcripſiſſetque inter alia ſe non credere poſſe Diabolum corpus adſumere rurſumque deponere poſſe, ſed hoc ingenio inventisque hominum & falſis relationibus ſuperſtitionibusque adſcribere. Et quamvis hæc jam revocaverit, mentemque ſuam de hac cognatisque materiis, quas ab invicem probe diſtingvi debere recte monuit, uberius aperuerit in Præfatione germanico *Webſteri* libro von den Hexereyen præmiſſa, (*g*) p. 34. 35. 36. & præcip. 37. nondum tamen credo, illum cui tot ſacrarum litterarum meridiano ſole clariora loca, hiſtoricaque fides firmiſſima curæ cordique ſunt hanc ipſius confeſſionem calculo ſuo approbaturum eſſe; (*h*) Notarunt haſce viri celeberrimi hypotheſes bene multi, & inter hos M. PETRVS Goldſchmidt *Sterrupenſis in Regia Holſatia Paſtor*, im verworffenen Hexen- und Zauber-*Advocaten*, das iſt, wohlgegründeten Vernichtung des thörich-

---

(*g*) in hac erudita *Præfat.* non ſolum quæ ad occaſionem & hiſtoriam ſuarum differt. quas allegavi, ſpectant enarrat, ſed & de aliis huc facientibus libris, ſcil. de *P. Speé*, *Thummio*, *Wiero*, *Brahmio*, *Aloyſio*, *Goldſchmidio*, *Glanvilio*, *Waagſtaffio*, *Webſtero*, *Romano*, Auctore Scripti *de Mr. Ouſle* & aliis, criticorum more plura loquitur. (*h*) Verba n. ex hac *Thomaſii* confeſſione, quæ ipſos offendere poſſent e. g. hæc ſunt, quando in *Præf.* iſta p. 35. ſcribit: ich glaube alle diejenige Erſcheinungen der Geiſter wahr zu ſeyn, die die heilige Schrifft erzehlet, wenn es nur erſt wahr iſt, daß die Heil. Schrifft von Erſcheinungen der Geiſter rede, das iſt, wenn nur die Oerter der Heil. Schrifft die davon handeln ſollen, keine andere vernünfftige Auslegungen admittirten. & p. 36. ich glaube daß alle die andere Hiſtorien, die auſſer der Heil. Schrifft von Erſcheinungen der Geiſter oder Geſpenſter handeln, entweder gantz falſch, oder doch mit vielen fabelhafften Umſtänden ausgeſchmücket ſeyn, dergeſtalt, daß Z. E. unter hunderten zum wenigſten Neun und neuntzig gantz falſch, die hundertſte aber nach Gelegenheit mit 2. Drittel, oder auch wohl 3. Vierthel falſchen Umbſtänden gezieret ſey.

richten Vorhabens Herrn *Chr. Thomaſii* und aller derer, welche durch ihre *ſuper*-kluge *Phantaſie*-Grillen dem teuffeliſchen Hexen-Geſchmeiß das Wort reden wollen ꝛc. Hamb. 1705. edit. Eſt is idem Auctor, qui jam A. 1698. contra B. Bekkerum aliosque Atheiſtas ac Naturaliſtas edidit librum hujus inſcriptionis: Hölliſcher *Morpheus*, welcher kund wird, durch die geſchehenen Erſcheinungen der Geſpenſter und Polter-Geiſter, ſo bißhero zum theil von keinem eintzigen *Scribenten* angeführet, und bemercket worden ſeyn ꝛc. *Thomaſii* Sententiam defendendam ſibi ſumpſit *Lic.* JO. REICHIVS prioris de crimine Magiæ Diſſ. reſpondens, in hujus altera verſione germanica, quam ſub tit. edidit: kurtze Lehr-Sätze von dem Laſter der Zauberey, aus dem *Lat. accurat* überſetzet, aus *Mayſarti Naudæi* und anderen gelehrten Schrifften erläutert, und mit einigen beygefügten *Actis Magicis* vermehret, Hall 1702. in 4, quod ſcriptum mox aliud ſecutum eſt, ſub tit. *Jo. Reichii* unterſchiedene Schrifften vom Unfug des Hexen-*Proceſſes* &c. Hall 1703. 4. item: Fernerer Unfug der Zauberey aus gelahrter Leute Schrifften abermahls gezeiget. 1704. 4. ut taceam Scriptorum amoebeorum enarrationem, ſcil. der unpartheyiſchen Gedancken über die kurtze Lehr-Sätze, *H. a S. Fide.* Abfertigung der unpartheyiſchen Gedancken ꝛc. Defendit porro *Thomaſium* ac *Webſterum*, Auctor ſub nomine GOTTFRIED WAHRLIEB latens in der deutlichen Vorſtellung der Nichtigkeit derer vermeinten Hexereyen, und des ungegründeten Hexen-*Proceſſes* nebſt einer gründlichen Beantwortung der unter dem Nahmen eines nach Engelland reiſenden Paſſagiers unlängſt heraus gekommenen **Unterſuchung von Kobold** ꝛc. *Amſt.* 1720. in 4. Eadem tempeſtate qua Diſſ. *Thomaſii* de crimine Magiæ exiebat, FELIC. MART. BRAEHMII Diſſ. *de fallacibus Indiciis Magiæ* ventilabatur, e qua poſtmodum ALOYSII CLARITINI *JCti*, *Diſcours* von betrüglichen Kennzeichen der Zauberey, *Starg.* 1708. emiſſus, conflatus eſt, qui omnia Magiæ indicia rejiciens pacta cum Diabolo tacite e mundo tollere videtur. Simon Heinr. REUTER in libro cui tit. mächtiges doch umbſchränckes Reich des Teuffels / Lemgo. 1715. 4. refutat quidem hypotheſes Bekkeri in

Mundo ſuo Faſcinato expreſſas, docet tamen in *Lib.* V. præcipue, Magica pacta, eaque quæ de Sagis referuntur fabulam ſapere, inque hoc argumento *Glanvilii Goldſchmidiique* Scripta notat. (i) Occaſione tyronis alicujus, qui A. 1707. pactum aliquod cum Diabolo Lipſiæ inire coeperat, Anonymus quidam edidit A. 1708. Die neueſte *Alamodiſche* Teuffeley und Zauberey, *recommandiret*, an ſtatt der alten Fabelhafften, contra quod Scriptum tamen eodem anno *Lipſiæ* publicabatur: eine merckwürdige und warhafftige Begebenheit, wie ſelbige mit J. G. F. bey Beſchwerungen des Teuffels, aus des ſo genannten D. Fauſtens Höllen-Zwang ſich zugetragen, alles in richtiger Ordnung, und wie es von Tag zu Tage vom 2. *Oct.* biß 20. *Dec.* An. 1707. ergangen. Denique meretur obſervari Satyricum iſtud Scriptum, cujus Auctor ut fama fert *Abbas* BORDELON eſſe creditur, cuique hanc inſcriptionem dedit: *Hiſtoire des Imaginations extravagantes de Mr. Ouſle, cauſées par la Lecture des livres qui traitent de la Magie* &c. *Paris* 1710. in 12. & germanice *Gedani* 1712. in 8. Stultitiæ omnes accuſat ac Superſtitionis, qui iis, quæ vulgo de Magis ac Magia circumferuntur Scriptisque conſignata ſunt, fidem habent, vox enim Gallica *Ouſle* per anagramma purum *le fou* ſtultum denotat, ex parte etiam hos ut ipſi audiunt errores refutat, ſingularibus alias facetiis Lectorem exhilarans. (k)

XXX. Atque hæc ſunt, Benevole Lector, quæ de concertationibus inter *Balthaſarum Bekkerum* & Theologos Batavicos quondam ortis, ut & motibus, ob Mundum Faſcinatum excitatis conſopitisque tandem, in præſenti placuit proferre. Excrevit quidem Obſervatio hæc in molem quandam, multa ei tamen adhuc ſuperaddi poſſe libere confiteor. Neque etiam nego,

(i) vid. die U. N. de A. 1715. p. 288. ſq.

(k) conf. de hoc libro die N. Bibl. VII. St. N. XII. p. 631. & *Thomaſii Præf. ap.* Webſter, p. 38. ſq.

nego, alios insuper forte reperiri viros eruditos, qui strenue Bekkerum masculeque debellarunt, in nonnullis porro & longe pluribus assectis ipsum vivere, beneque multos, quos non in Proscenium vocavi, Antecessores exosculari posse credo. Sufficit interim extantiores attulisse, eaque ex optimis, qui hic symbola conferre visi sunt, præcipue Batavicis Scriptoribus in chartam conjecisse, quæ notatu digna esse ipsemet existimavi; sufficit & adumbrasse saltem ea, quæ ob librorum defectum vel chartæ etiam angustiam ulterius poliri ac fusius diducere non potis fui. Singula interim, quæ hic adscripta sunt, Tu usurpare poteris relegereque.

Mundo ſuo Faſcinato expreſſas, docet tamen in *Lib.* V. præcipue, Magica pacta, eaque quæ de Sagis referuntur fabulam ſapere, inque hoc argumento *Glanvilii Goldſchmidiique* Scripta notat. (i) Occaſione tyronis alicujus, qui A. 1707. pactum aliquod cum Diabolo Lipſiæ inire coeperat, Anonymus quidam edidit A. 1708. Die neueſte *Alamodi*ſche Teuffeley und Zauberey, *recommandi*ret, an ſtatt der alten Fabelhafften, contra quod Scriptum tamen eodem anno *Lipſiæ* publicabatur: eine merckwürdige und warhafftige Begebenheit, wie ſelbige mit J. G. F. bey Beſchwerungen des Teuffels, aus des ſo genannten D. Fauſtens Höllen-Zwang ſich zugetragen, alles in richtiger Ordnung, und wie es von Tag zu Tage vom 2. *Oct.* biß 20. *Dec.* An. 1707. ergangen. Denique meretur obſervari Satyricum iſtud Scriptum, cujus Auctor ut fama fert *Abbas* BORDELON eſſe creditur, cuique hanc inſcriptionem dedit: *Hiſtoire des Imaginations extravagantes de Mr. Ouſle, cauſées par la Lecture des livres qui traitent de la Magie* &c. *Paris* 1710. in 12. & germanice *Gedani* 1712. in 8. Stultitiæ omnes accuſat ac Superſtitionis, qui iis, quæ vulgo de Magis ac Magia circumferuntur Scriptisque conſignata ſunt, fidem habent, vox enim Gallica *Ouſle* per anagramma purum *le fou* ſtultum denotat, ex parte etiam hos ut ipſi audiunt errores refutat, ſingularibus alias facetiis Lectorem exhilarans. (k)

XXX. Atque hæc ſunt, Benevole Lector, quæ de concertationibus inter *Balthaſarum Bekkerum* & Theologos Batavicos quondam ortis, ut & motibus, ob Mundum Faſcinatum excitatis conſopitisque tandem, in præſenti placuit proferre. Excrevit quidem Obſervatio hæc in molem quandam, multa ei tamen adhuc ſuperaddi poſſe libere confiteor. Neque etiam nego,

(i) vid. die U. M. de A. 1715. p. 288. ſq.

(k) conf. de hoc libro die N. Bibl. VII. St. N. XII. p. 631. & *Thomaſii Præf. ap.* Webſter, p. 38. ſq.

nego, alios insuper forte reperiri viros eruditos, qui strenue Bekkerum masculeque debellarunt, in nonnullis porro & longe pluribus assectis ipsum vivere, beneque multos, quos non in Proscenium vocavi, Antecessores exoscularі posse credo. Sufficit interim extantiores attulisse, eaque ex optimis, qui hic symbola conferre visi sunt, præcipue Batavicis Scriptoribus in chartam conjecisse, quæ notatu digna esse ipsemet existimavi; sufficit & adumbrasse saltem ea, quæ ob librorum defectum vel chartæ etiam angustiam ulterius poliri ac fusius diducere non potis fui. Singula interim, quæ hic adscripta sunt, Tu usurpare poteris relegereque.